



**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Sexta Dies Exercitiorum. Occupationes sextæ Diei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](#)

SEXTA DIES
EXERCITIORUM

Occupationes sextæ Diei.

DISSERTATIO.

De Humilitate.

- Meditatio I. De duobus Vexillis.
II. De Tribus Modis Humilitatis
III. De Tribus Classibus.

Ex Libello Exercitiorum lege , quæ ad Electionem spectant.

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Medications

Cap. 23. & 56.lib.3.

Pro II. Cap. 52. & 54.lib.3.

Pro III. Cap. 27.& 31.lib.3.

Consideratio fiet de Virtute , cui hoc anno impensis tibi studendum est : & de mediis in illa proficiendi.

*Ad Meditationem de duobus
Vexillis.*

Quoniam multum est in hac meditatione efficaciam ad vitam spiritualis perfectionem op:

ut preium judico fore , si quasdam hic ob-
servationes præmisero, quæ clariorem ejus in-
telligentiam reddant. Ostendam igitur, qualé
nam sit Principium , quod immediate ab illa
tanquam fundamentum præsupponitur ; quis
sit finis, quem intendit ; quæ via , quæque me-
diorū ratio , quibus ad præfixum finem ducit;
quæ sit hujusmodi mediorum efficacia ; quæ
st meditationis hujus necessitas ; & quem in
excitorum serie locum , quódve tempus
congrue requirat.

*Principium , quo ntitur meditatio
de duobus Vexillis.*

Tanquam indubitatum supposuit S. Ignati-
us hoc principium, quod diabolus , in exitium
humanī generis nunquam non intentus, ut per-
dat, quos odit, plerumque divitiarum & hono-
rum cupiditatibus, tanquam exitij instrumentis
trifoliat ; è contrario verò quod Dominus &
Salvator noster, quos Beatos esse cupit , eos ad
Divitiarum & honorum contemptum invitet ;
wadeò vitiosa illa cupido diaboli quodammodo
Vexillum sit , sub quo sibi devotos colligit ;
futilaris autem vanitatum contemptus Re-
demptoris nostri quasi insigne sit, ad quod Ele-
ctos suos convocat.

Veri-

Veritas Principij hujus manifesta fiet, si con sideraveris, quod Salvator noster, cum ad te m^{er}itare vellit, & doctrinæ atque exemplorum suorum efficaciam ad Virtutis integerim cul tum pertrahere, neque pro se eligere neque nobis suadere aliud vivendi genus potuerit, quam quod hanc in rem sciebat esse aptissimum. Cum ergo divitias omnes contemplerit, nolens posidere quidpiam, & mendicatio vita^te, cum idem nobis quoque consuluerit verbis illis: *S*vis perfectus esse, vade, vende omnia, que possides, & da pauperibus; & veni sequere me. Cum item omne honorum genus recusaverit vitam eligens plenam quidem prodigiis, sed perpetuis obtructantium calumniis infestatam, & cum simile quidpiam etiam nobis suaserit, *R*cumbe, inquiens, in novissimo loco; necesse profecto est, non esse securius ad perfectionem iter, quam quod per opum & honorum abduc tionem atque contemptum ingredimur. Atque ideo d^{omi}n^us, qui perdere nos omni studio allab rat, tramite prorsus contrario nos jubet ingredi expertus videlicet, quod, velut illa, quæ Dei Filius ostendit, semita recta nos ad Virtutis Excellen tiam perducit, ita oppositum iter in omne malum genus agat præcipites; quemadmodum igitur contemptum Divitiarum & honorum suaderet.

Iudet Sapientissimus Redemptor noster, ita
nihil agit studiosius, quām
amorem vanissimorum hujusmodi bonorum
in mentem nobis iniiciat.

Finis Meditationis de duobus
Vexillis.

Hic non est alius, quām generare in anima
erum paupertatis & contemptum amorem,
illis: &
que hominem permovere, ut opere ipso lon-
gab opibus, & ab omni honorum ambitu
dīcedat, atque ita Exemplum Salvatoris nostri
sedatus, tandem cum ipso vītā rationem am-
pliatur, cum ingenti utique ad Virtutis per-
fectionem compendio; quandoquidem hac se-
erit, At-
que omnis probitatis una & viva radix est. En-
tū finem Meditationis, de qua sermo est. Et
hoc est causa, ob quam S. Ignatius hoc Exerci-
tū proximè electionē præcedere voluerit,
ut in qua de instituendis vītā suā ratio-
nibus homo deliberat, ad quam rem nihil
angis est necessarium, quām altè menti im-
pessum servare, quod à Salvatore nostro ad
quā & dignitatum abdicationē excitemur,
autriusque verò mali amorem à malo Genio
filiaciamur.

D d

Quā

Quâ ratione obtinere hunc Finem
suum conetur Meditatio de duobus
Vexillis?

Modus, quo utitur hæc Meditatio, ut integrum honorum & opum exspoliationem nobis persuadeat, in hoc potissimum versatur. Demonstratur nimurum: effectivam & affectivam dictorum honorum abdicationem verum esse ad humilitatis virtutem iter, in qua quisquis proficit, magnis passibus ad absolutam sanctitatem pergit: ostenditur itidem, quod honorum & opum possessio plana ad superbiam via sit, et qua in omne vitiorum genus præceps deinde ruina fiat. En cur S. Ignatius, qui tanti aliquid fecit, tam studiosè exercuit, & tam liberiter commendavit appetitum, & carnis edificationem, nullam hic ejus mentionem fecerit.

Proponit nimurum nobis Redemptorem nostrum, tanquam in id unicè intentum, ut veram homines humilitatem amplectantur, tanquam ejusmodi scilicet virtutem, quæ ad omnem bonum illos facile promoveat, & ut è contrario superbiam abominentur, tanquam illud, unde omnis in humanum genus infelicitas prominet. Inter insignia cœlestis Imperatoris aliud non ponit, præter ea, quæ plerumque humilitatem

ut intem
in nobis
r. De
fectivam
m esse al
quis pro
stitutatem
orum &
ia sit, et
es deinde
anti alio
m libera
rois elo
em fec
prettine
n, ut vr
tur, tan
ad omne
ontraria
ud, unde
promot
oris aliud
e humili
tatem

hūmā animo instillant; in Sathanæ verò Vexillo, quidquid ad superbiam disponit. Cùm ergo plerumque ex paupertate, abjectione, humilationibus, contemptibus sincera nascatur animi demissio, hæc omnia S. Ignatius in Doctrinæ Vexillo depinxit; & cùm ex adverso superbiam animo inspicient opes & magni Nomini existimatio, quibus ad se malignus hostis coquientes vanitatis amatores trahit, ideo vniuersum utriusque illius fulgorem in dialo boli signis expressum voluit.

Et hac quidem in re duo oportet observare. Unum est, quod S. Ignatius, non contentus sa latem homitis quoquod modò promovisse, arduam potius ejusdem perfectionem desideret, & sic instrumentum proponat, quod excellens ad omnem virtutis integratatem elaborandum nullum est, id est humilitatem. Unde & tunc nobis Meditationem reliquit, spe fatus, ut ejus beneficio tantum superbiae horrone concipiamus, utpote Rei, quæ omnium virtutum origo sit, ut omni nos ejus periculo libentuti, & opes ac honores, ex quibus superbia plerumque nasci solet, procul à nobis arcamus. Ex altera verò parte tantam nobis humilitatis existimationem & cupidinem volunt persuadere, ut ejus obtainenda studiō ultero

Dd 2

pau-

paupertatem, & omne genus contemptuum, tanquam primas humilitatis radices amplectemur. Tam ex parte Christi vero, quam ei altera diaboli, dispositio, & quasi via ad id, quod utrimque intenditur, externa est, Finis autem internus. Certe enim in externis rebus numeratur, vivere pauperem vel in delicijs, contemptum vel honoratum: amare vero & desiderare nesciri & contemni, res est, quæ solum ad animum pertinet, & quam tantopere nobis cordi esse voluit S. Ignatius: quod ex eo sicut liquet, tum quod hanc ipsam Meditationem diversis per diem quatuor omnino horis initium voluerit: tum quod statuerit, ut hac ipsa ductus humilitatis, quos proponit, modos identem in animum revocemus, ut ita periculum sum multis errorem eximat, qui tanquam veram humilitatem adorant, quod vix aliquam ejus umbram habet. Quæ omnia satiis utique manifestè nobis explicant, quam altè Virtutissimus de hac virtute senserit, & quod omnium Exercitiorum & spiritualium Seculum nostrorum finis unicus esse debeat, in hujus virtutis cultu proficere.

Alterum, quod hic observatu dignum est, hoc est, quod S. Ignatius neque in Electorum neque in Reproborum insignibus virtutem ali-

quam

nam vel vitium ponat, sed res, quæ sunt ejusmodi, ut naturâ quidem suâ neque bona sint neque mala. Utique enim parum prudenter egisset, si humilitatem in Vexillo Salvatoris depinxisset, & ex adverso inter diaboli insignia id posuisset, quod huic Virtuti oppositum est. Jam verò si superbiam in mali Genij vexillo nobis objecisset; quasi illam jactaret hostis, & blando ejus fulgore vellet decipere, sanè neque hoc cum prudentiæ legibus stetisset. Quem enim falleret hac ratione malignus hostis, si le quisque ad superbiam manifestè videret intentari, hoc eft, ad vitiorum omnium longè turpissimum, & ad omnis infelicitatis certam originem: si quid insidiarum humano cordi strucere eft animus, vel bonum illi aliquod debes obijcere, vel boni saltem imaginem. In superbia usque adeò neutrū reperies, ut hoc vitium horrofi sit, vel ijs ipsis quoque, qui addicissima illi sunt mancipia.

Ethanc esse S. Ignatij mentem satis ista, quibus utitur, verba manifestant; dicit enim: quod initio quidem diabolus homines instiget ad cupiditatē divitiarum; unde postea facilis in mundani honoris ambitionem, ac deum in superbiae barathrum deturbari queant. Ex quo licet colligere: hanc esse S. Ignatij

Dd;

tij

tis opinionem , inchoare hominem diabolus
partes sequi , simul ac mentem divitiarum co-
pidine permittit occupari , & inde postmodum
ad ambitionem fieri gradum , hoc est , animos
honorum amori & deliciis permitte . Sed cum
de superbia loquitur , non illam ejusmodi ve-
bis describit , quæ amorem , vel alium que-
dam animi motum designent : sed vocat super-
biæ Barathrum , Præcipitum , Abyssum , &
quæ omnia potius involuntarium quendam
ruentis lapsum , quam desiderantis affectum
significant .

Pari ratione inter boni Duci Christi insig-
duos solum voluntatis nostræ motus collocat
amorem scilicet paupertatis , honorum terrena-
rum osorem , & desiderium atque cupidita-
tem contemptum & injuriarum . Humilia-
tem deinde velut harum radicum fructum ex-
hibet , neque ullum illi voluntatis nostræ affectum
adjungit , neque dicit expressè , nos ad eam à
cælesti Magistro per Apostolos & Discipulos
suos invitari . Ac proinde quod nos Christi pa-
tes sequi facit , solus est amor paupertatis & ho-
miliatio ; ipsa verò humilitas fructus est amo-
ris hujus , & infallibile secum assert compre-
hendum ad omne honorum spiritualium genus ob-
tinendum . Et illud , quod sub signis diaboli
con-

constituit hominem , unus est divitiarum & hominorum amor. Superbia vero immediatè ex his radicibus nascitur , & in omne malorum genus miserum præcipitat.

Utriusque ergo Duxis Vexillum res nobis exhibet naturā suā indifferentes quidem , sed tales nihilominus , quæ solent esse omnis boni & mali primæ veluti radices. Et quemadmodum S. Ignatius in Christi Vexillo non omnes nobis virtutes voluit proponere , quamvis dixerit , paupertatem & contemptum esse fundamenta virtutum omnium ; ita neque in diaboli Vexillo superbiam posuit , & omnia quæ inde pullulare solent vitia , quamvis dixerit , hominem ab amore opum & honorum in omne genus malorum , superbiam impellente , præcipitem ruere. Quod enim malum esse manifeste comprehenditur , tantum abest , ut ad sui nos amorem invitet , ut horrorem potius incutiat , & procul à se omnes arceat , qui pestem considerant.

Nempe ea omnibus vitijs natura est , ut nem sit , qui ea detestari non velit , quamvis multi admodum ab illorum , circa quæ vitiosi habitus versantur , objectorum dulcedine se capi suuant ; sunt qui honoribus se mancipant , sunt quos voluptas , & opum larga vis excæcat. Et hinc

Dd 4

qui

qui cupidissimè honoribus inhiat , exosam
tamen & execrabilem putat esse superbiam.
Qui voluptatibus totum se immersit, ad solum
impudicitiae nomen erubescit. Qui furios
quādam opum siti laborant , vix agnoscunt a
dores suos. Ita nimirum honor, voluptas,
opum amoenus fulgor escæ illæ sunt, quibus n
peccatum callidus salutis nostræ hostis ne
pertrahit ; ipsa verò, in qua ruitus, vitia, ha
sunt, qui latent sub fallacibus illis deliciis ,
quos cum tanta felicitatis nostræ jactura tan
insanis laboribus anheli deglutimus.

Manifestum igitur est, quod diabolus in Va
xillo suo, ad cūjus sequelam nos invitat , n
aliud quām honores explicet & divitias, bona
scilicet indifferentia , sed apta, quæ noxi me
tem fastu insent , & ejus ministerio æternam
nos perdant. Certum itidem est, quod ad ha
signa nos convocans Salvator noster, aliud m
bis non exhibeat , quām Paupertatem & ab
ditionem, quæ res adeò sunt à natura alienæ, ut
quamvis de se indifferentes sint, satis tamen fa
turæ sint efficaces, ut ad apicem Christianæ per
fectionis nos extollant, Humilitatis , qua
menti ingenerant, beneficio.

Quām efficax sit medium, quo uti-
tur hæc Meditatio, ad finem suum no-
bis persuadendum?

Consistit in duobus maximè capitibus hæc
efficacia. Primum est, Exemplum Salvatoris
nostri, quod utique sufficiens esse debet ad quid-
vanobis persuadendum, cùm certum sit, quòd,
quod ipsum imitatur, errare non possit. Alterum
Medij, ad quod tanquam nobilissimum
magnæ Virtutis instrumentum nos invitat
hæc meditatio, intrinseca quædam virtus,
qua mirè in perfectionis studio juvamur; & in-
fallibilis è contrario illius mali vis, quod uni-
cum sufficit ad præcipitandos nos in omne
malorum genus.

Medium porrò hoc obtinendi arduam ali-
quam Virtutem aliud non est quām Humilitas,
que animam ad maximos, quos DEVS creatu-
re infundere statuit, favores præparat. Et illud
adverso, quod hominem in supremæ cala-
mitatis abyssum præcipitat, superbia est; ut po-
pote quæ hominem plus, quām ullum aliud
vitium DEO facit detestabilem, & indignum
omni, quam ad tentationum Victoriam necesse
habet, gratiâ, atque idcirco peccatis gravissimis
facit obnoxium. Jam verò nihil est, quod ju-

D 5

xta

Quām

cta communem Divinæ Providentia^c
opportuniūs homini humilitatem perlucet
quām divitiarum abdicatio, & fuga dignitatis
neque aliud est, quod facilius mentem super-
efferri faciat, quām amor divitiarum & hono-
rum, qui plerumque opes comitantur.

Unde sequitur, quòd, cùm Humilitas p^r
stantissimum sit efficacissimumque ad pe-
nitentiam in omni virtutis studio præsidium, &
acquiri nequeat commodius, quām honoris
divitias fugiendo, manifestum etiam sit,
esse opportuniorem aptioremque vivendi o-
mam animæ ad perfectionem aspiranti, q^u
repudiatis honoribus & divitiis Paupertatem
contemptum amplecti. Pari ratione evide-
est, cùm superbia sit illud, quod valentissi-
malum nos pertrahit, & ex nulla radice pos-
tius ac certius nascatur, quām ex opum &
honorum ambitu, periculosius animæ nihil de-
quām divitiis affluere, & in honoribus vici-
exigere.

*Quām necessaria sit Meditatio
duobus Vexillis?*

Tam necesse est, ea, quæ hæc meditatio pro-
ponit, sedulò considerare, quām salubre est con-
tra dæmonis insidias esse præmunitum, quæ

vitæ cur
perforat
dignata
in super
un & ba
cur.
nilitas p
e ad pr
lium, &
hono
m sit,
ivendi
anti, ca
pertamen
one erup
alentius
dice per
pum & h
nihil de
ibus vici
tatio d
re est co
n, qui
litaro
itatis
itatu

wellidissimè cum salutis nostræ periculo pe-
dras suas collocat. Utitur ille naturali no-
stra propensione, qua ad honores, & cætera vi-
te hujus commoda nemo non rapitur, & ne pri-
mo statim aspectu religiosam animam à se
avertat, fallaci necessitatibus colore illa vestit; ita
enim vitæ sustentandæ justam utique legem
engere; neque speciem etiam deesse suadet, to-
te, ut opum & magni nominis innocentè usu,
tanquam instrumentis, magna quædam ad Di-
vinum Numinis obsequium præstemus. Quòd si
impia multorum divitum vitâ terret te adver-
sat, occurrit illico huic metui, & opponet res
solum indifferentes esse, tum honores, tum di-
vicias; neque deesse Sanctos, qui in magna
opum abundantia, & in arduis honoribus Vir-
tutem studiosissimè coluerint; atque his argu-
mentis, quantum potest, opum & honorum
ambitum nobis conatur persuadere, certus vide-
net, non esse tritiorem semitam, qua nos in
superbiæ vitium, & inde in exitij barath-
rum securius deducat. Ut evadas hos laqueos,
nihil opportunius est, quam & monstrari illos,
et una detegi infelicitatem, in quam præcep-
iturus es, nisi caveas.

Ecce, quam necessaria sit hæc meditatio, &
accommodata tum sacerdibus, tum Religio-
nis,

sis, perfectis vel adhuc imperfectis in exercitu suo. Etsi enim facta potissimum videatur pars sub iis, qui de vita aliquo certo genere deliguntur quod volunt statuere, non minus tamen & usque ad hanc quid venit, qui saeculari vita affixi manent. Idecibent, & iis, qui reliquis saeculi vanitatibus exp. Religione DEO serviantur. Omnibus enim blar necesse est considerare malum illud, quo quis tenet opibus & honoribus gigni solet, ut illi qui officio qui in neutram adhuc partem se flexerunt, adeò liberi sunt, illam vivendi rationem volunt gant, quam sibi utiliorem fore arbitrantur. Ex quo illi, qui certo vita generi alligati jam sunt, cum ipsis dispiciant, quæ sit perfectior vita, virtus per norma, & statui, in quo versantur, conficiuntur minor.

*Quem Locum in Exercitiis habet
debeat Meditatio de duobus Vexillis?*

Ex hac & tenuis allatis sati liquet, quo confundetur S. Ignatius hanc meditationem post occultationem illam Christi vitam, & ante reliquos tres annos suos jam Prædicationis ponere voluerit. Ratio nimis illis qui rum est, quia prior vita Domini nostri parvus illi D non tam sua, quam Sanctissimorum Ejus preciosissimorum fuit, ad quorum imperata erat quodammodo Redemptor.

is in summo obligatus ea facere, quæ tunc patravit; ubi
ideatur prius sub illorum potestate jam esse desit, &
deligen de quodammodo novæ familiæ caput incepit
& usciam quidquid egit, proprio quodam motu egit.
manere Ideo Vexillum Evangelicæ Paupertatis
nitatibus explicare non instituit, quâm à Sanctissi-
bus Marte sua digressus ad Joannem baptizan-
t, quod non venit: tunc nimurum cùm non jam fabrili
illi quid officio viatum sibi compararet, sed suam &
runt, auctum discipulorum sustentationem bene-
tionem eorum hominum Charitati relinquere.
antur; Ex quo discere nobis licet, quâm continuis
sunt, contentientis generosa Regis & Domini nostri
ior virtus pergit crescere. Exercebat quidem in
confusione Paupertatem, sed per accidens dunta-
ta, saltem juxta rude hominum id intuenti-
um judicium. Alia longè erit, quam dein-
tus in illo meditabimur; talis nempe, ad quam
professionis quasi, & statûs sui virtute semet
aligaret. Ita ut planè excusationi nullus
locus sit: neque enim, qui omittit ærum-
occulte & contemptus, obtendere segnitiei
tres annos, ita jam poterit, quod Christus initio vitæ suæ
alios quidem labores acceptaverit, quos nutri-
patri pater illi Pater præscriperat, nulos autem ultro
Bjus pater: Ecce enim novam deinceps vitam
quodam Redemptoris tui meditaberis, unicè ad hoc insti-
tutam,

tutam, ut Paupertatis & abjectionis Professio novis
nem in te quamdam doceat. Et hoc asperzus in parte
genus dum secutus est, & exemplo Pauperum inter-
te*m* docuit, & ad eam etiam verbis invicu*m* p*re*
fugam honorum & divitiarum identidem in part*m* def-
geminans.

Decima Veritas.

Explicata in Meditatione de duobus
Vexillis.

*Sub Redemptoris mei signis vivi-
dum est, & sanctissimis Ejus Exemplis
mores mei conformandi.*

Primum Punctum utriusque Ducis Proprie-
tates exhibet, & cum unum proponat infinitum
amabilem, alterum omni odio & detestatione
dignum, clare ostendit, necessarium omnino si-
se, ut cum omni amore prosequantur, quen-
tanta bonitate præcellere agnoscimus; illam
vero odio maximo habeamus, quem nequissi-
mum deprehendimus.

Secundum Motiva exponit, quibus uterque p*ro*p*ri*a
adducitur, ad communem quamdam hominum compara-
ad vexillum suum invitationem faciendam.
Ubi cum apparitura sit impiissima dæmonis, &
innocentissima Redemptoris nostri voluntas, cum x
novas

Professionis vires accipiet decretum illud , quo nos
sperz vniq[ue] Salvatoris nostri obsequiis statuimus
Pauperem ulcerare; cùm utiq[ue] sit æquissimū, ejus potissi-
mū invitatiū partē sequi, qui salutem & felicitatem no-
tidem nostram defiderat, illum autem abominari, qui in
ernicie nostram nunquam non vigil excubat.

Tertium concludit, quod, qui Redempto-
m militiam constituit sequi, Paupertatem &
felicitionem Ducis sui tanquam ejusdem in-
genu non solum erubescere, sed & am-
pliū debeat, rejectis procul & divitiis, & omni
magni nominis ambitu, quæ diaboli escæ sunt,
quæ adeò illam vivendi rationem tenere cuius-
opus sit, quam in Redemptore suo venera-
& adorat.

Meditatio.

De Duobus Vexillis.

Vitio Præparatoria ordinaria:

I. PRÆLUDIUM. Cùm velit æternus Pater
omnes homines salvos fieri, vult omnino, ut
omnes ad se invitet ; quod congruis
omnibus præfidiis instruat ad æternam gloriam
compatandam. Sed diabolus & DEO glo-
ciendam, & homini felicitatem suam invidens, ad
nonis, & homines signa convocat; quod deceptos una
oluntas secum æterna infelicitate involvat.

P&AE.

II. PRÆLUDIUM. Repræsentabo mīhi duo
campos amplissimos, unum prope Hierosolimam , ubi in amœna quadam sede conspici
am Christum Salvatorem nostrum , cinctum
coronâ hominum perfectionis studiosorum
Dæmonem verò prope Babylonem , ubi in
igneo quodam Throno supra sublimem
montem , cum denso vanorum hominum
sextatorum suorum grege assidentem conter-
plabor.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam flagitabo agnoscendi , & detestandi dæmonis insidias , amandi , & amplectendi sanctissimas amabilis Servitoris nostri intentiones , mēque sub hujus signo
collocandi , conformatis cœlesti ejus vita &
doctrinæ meis moribus .

I. P u n c t u m .

Utriusque Duci diversa Indoles .

Consideranda.

Duo belli Duces extremè sibi mutuò diffi-
miles , ad sua quisque signa totum humanum
genus convocant . Diabolus ab ipso manu
exordio suum & ipse militem colligere exordi-
est . DEI Filius longo post illum tempore ap-
paret . Ille immortali odio , tum ob vitiorum
qui

ibus scatet, turpitudinem, tum ob miseriæ
indolis nequissimæ, qua laboras, enormitatem,
dignus est. Et hinc cùm publicè talis vi-
den nolit, qualis revera est, nunquam nisi oc-
cultus adest, & suggestionibus solùm, tanquam
legatis uitur, quibus humanas mentes ad sui se-
quidam, hoc est, ad interitum solicitat. Nunquā
vero ipse comparuit nisi ratione admodum im-
perfecta, & illis duntaxat, quibus jam primitus
unum intellectus, & libertatis usum ademe-
nac inveterata gravissimorum criminum con-
sideridine; neque aliquando sincerè illis ape-
nit horrenda illa supplicia, in quæ flagitorum
pondere lapsus est, & in quæ ipsos quo-
que præcipites dare velit, diabolicae contra
DEUM Rebellionis Ascellas & imitatores.

DEI autem Filius bonus ille, & cœlestis
Imperator amabilis est super omnia, & omni-
um voluntatum amores tum pulchritudine
tum sanctitate, potentia, & bonitate pro-
in finita, jure quodam infinito commeretur.
De familiariter inter homines conversatus est,
de manifestè, passim apparuit, collocutus amicis-
tate, quis & quantus sit, sincerè professus est;
vita suæ innocentissimæ Historiam pet scri-
pentes omni exceptione digniores evulgari vo-
luerunt, tum apostolorum, & discipulo-

Ee rum

rum disertis sermonibus palam explicavit, quām ineffabiles sint thesauris Sanctitatis, mortitorum & gratiae, inhabitantes in se, ad omnium illorum perpetuam utilitatem, qui ceterum istarum opum participes esse vellent: quam item in comprehensibilis aeternae vita Beatus, quam ille omnibus offerret, qui se obsequiis suis consecrassent, participes illos ejus gloriae faciendo, quam veluti Filius Dei naturalis proprio suo jure plenissimè possideret.

Alter ille reprobatorum dux demon est enim omnis mali principium, & omne bonum, quantis valet viribus, impedire studet. Nihil est contrario Imperator, omnis boni fons malum omne, quantum nobis lubet procul arcessit.

Affectus.

1. Detestatio luciferi & omnium eius sequacium.
2. Amor Iesu, amatoris horum Optimi, maximi.
3. Adoratio singulorum perfectionum ejus.
4. Gratiarum actiones, quod ad se convocare, hoc est, ad summam felicitatem invitare dignatus sit.
5. Desiderare ut totus mundus amoenissimi Ducis sequi volunt.
6. Bene precari omnibus, qui Ejus sub Vicarium convolant.

II. PUNCTUM.

II. PUNCTUM.

Diversa utriusque intentio.

Consideranda.

Quemadmodum ipsi inter se duo hi Duces contrarij sunt, ita adversæ etiam sibi sunt eorum voluntates. Satanæ interitum desiderat humani generis, contra Sanctissimam Conditorem voluntatem, ut nobilissimas creaturas & pugatorum & tormentorum suorum socios habeat. JESUS salutem omnium & felicitatem desiderat, juxta æterni Patris sui Sanctissimam voluntatem, ut eos fratres & cohæredes suis in æternam Beatitudinem unâ secum introducat.

Satanas emissarios suos in omnem terræ partem ablegat, cum mandatis: curent omne dominum genus ad peccata & imperfectiones inducere, quantum poterunt, ut æternū aliquando miseri, & poenarum suarum socij sint. JESUS autem Apostolos & Discipulos in omnem terram dimittit, jubens, ut pro virili sua parte omnes ad Sanctitatem & perfectionem inducant, ut æternū felices esse possint.

Affectus.

1. Odium diaboli hostis pessimi, qui voluntatem obfirmatā in perniciem meam vigilat.

Ec 2 2. Amor

2. Amor J e s u optimi Salvatoris nostri , qui tam ardenter, & desiderat felicitatem meam, & eandem propriâ, & suorum opera mihi procerat. 3. Laudare infinitam DEI erga extremam hæc mundi tempora Bonitatem, utpote quæ Sanctissima Filij sui exempla mittere dignata est, quæ secutum humanum genus, diaboli insidias opportunè evitaret. 4. Gratias eidem infinitæ Bonitati agere , quod me antè nasciturum permiserit, quām in terris Salvator apparuit facilius nimirum salutem meam operari, & diaboli fraudibus explicare me possem.

III. PUNCTUM.

Media quibus uterque Dux ad prætutum sibi finem utitur.

Consideranda.

Ad fines tam inter se diversos contraria idem media eligi necesse fuit. Satan ergo cum probè nōvit superbiam infallibilem esse animi ruinam, & illud videlicet instrumentum, cui opera facile sit, hominem in omne flagitiorum genus impellere, totus in eo est, utiliam humani inspiret. Et hunc in finem divitiarum amorem persuadet, quas magnus plerumque honor & existimatio comitari solet; inde ut

honores ambiat, laborat; quibus si animus aliquando mancipatus est, naturali quodam impetu in superbiam rapitur, & hinc in omne malorum genus præceps ruit. Christus vero, cum & ipse sapientissime cognoscat, ex humilitatis virtute omne humano animo bonum nasci, suavi quadam efficacia illam homini studet ingenerare: & idcirco paupertatem, cui contemptus ut plurimum conjungi solet, ipso operante amplecti velit, cohortatur. inde ut abjectum vivendi genus, & vulgo despicibile, ne horreat, consulit: ut itasensim despiciatur afflictum ad veram humilitatis virtutem perducat, & quotidianis coram DEO virtutum incrementis faciat decorari.

Ita intelligis, divitias & honores illud esse, quod Tentator ab ipso Mundi initio in Vexillo suo depictum passim ostentavit, ut fallacium honorum fulgore excæcati mortalium animi, suas contra DEUM partes sequerentur: Christum vero è contrario paupertatem elegisse, & contemptum, eâ nimirum vita ratione suscepit, quæ humiliationes ejusmodi palam profiteretur, & hæc sua toti orbi insignia proposuit, tanquam perfectionis evangelicæ gentilios colores; ut manifestum videlicet ficeret, quod iter ab ijs oporteat teneri, qui ad summam virtutis

tutis perfectionem contendunt; paupertatem
scilicet, & abjectionem, tanquam res Salvator
tam pretiosas opus esse ut amplectantur.

Affectus.

1. Obstupescere incredibilem hominum ca-
citatem, qui ferè omnes hostis sui infelissimi
sequuntur partes, etiam cum ingenti labore
suo. 2. Examinatis intentionibus meis, fa-
cile erit deprehendere, quem hactenus Impe-
ratorem secutus sim: 3. Veniam erratorum
meorum flagitabo. 4. Erubescam, cùm vi-
dero, quām immerito Salvatoris mei insignia
gestem, id quod ipse intentò in tot Sanctos, co-
rumq; exempla digito videre me jubet, stultum
tot adhuc vanitatum amatorem. 5. Animi-
tus dolebo, quòd hanc Salvatori meo ausus fu-
rim injuriam irrogare. 6. Indignabor mihi,
quòd toties & alijs ejusdem recordiæ causas de-
derim, eò ipsos inducens, ut honores amarent.
7. Meliora in futurum proponam, & ad eme-
dationem cum Divinæ Gratia spe me consecra-
bo. 8. Studebo tantam de vera humilitate
existimationem habere, ut illam omnibus alijs
Christianæ perfectionis partibus longè antepo-
nam: Curabo item firmum animō decretum
facere totum me hujus Regiæ Virtutis studio
consecrandi; & abominandi superbiam seve-

is, quām quodvis aliud animi mei malum.
Prorsus ut penetrem curabo, quām nihil ad
obtinendam humilitatem convenientius sit
paupertatis & abjectionum exercitiō, & quām
hunc mihi ad cōclum semitam Dux Christus
commendet. Ad amplectendum igitur, quod
tam sapienter consulitur, fortiter me animabo,
& tam ero studiosus Mediorum, quām avidus
obtinendi finis. Et hoc tandem est sub Christi
Vexillo militare.

Ad finem Meditationis triplex debet Collo-
quium fieri.

Primum cum Beatissima Virgine, quam pre-
cabor, ut gratiam mihi impetrēt, quā munitus
sincerè Dilectissimi Filij ejus partes, & Vexil-
lum sequar, & dicam: *Ave MARIA.*

Secundum ad Christum ipsum dirigetur; &
precabor, ut me quantumvis indignum & per-
fidum, in militum suorum numerum adlege-
& robur ad perseverantiam largiri dignetur,
dicam: *Anima Christi.*

Tertium ad xternum Patrem fiet, rogando
ipsum, ut quæ bona mihi desideria inspirare di-
gnatus est, ea ipso etiam opere det compleri,
obsecrando ipsum per infinitam bonitatem
suam, & concludendo omnia dicto: *Pater
noster.*

Compendium Meditationis.

De duobus Vexillis.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Christus omnes homines ad se invitat, ut salvet; diabolus omnes ad convocat, ut æternâ illos morte conficiat.

II. PRÆLUDIUM. Videre Dominum in magna planicie prope Hierosolymam, super Cathedram assidentem, cinctum magno bonorum hominum numero, & Diabolum in Thoro igneo supra montem excelsum, prope Babylonem, circumdatum improborum ingens exercitu.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam petere, a cognoscendam utriusque Duci intentionem & ut me sub Salvatoris Vexillum conferam conformans vitam meam sanctissimis ejus exemplis.

I. PUNCTUM. Christus & Lucifer, summe sibi dissimiles in omni rerum & studiorum genere, quisque ad sua signa humanum genus convocat. Ille quidem manifestè omnibus apparentes, hic ob enormem suam & detestabilem turpitudinem nulli ausus manifestè sele monstrare.

II. PUNCTUM. Christus totum humanum genus

nos salvari cupit, & hunc in finem Ministros
emittit. Dæmon per se & suos aliud non
quæ ut noceat.

III. PUNCTUM. Christus invitat ad divi-
tum affectu tum reipsâ relinquendas, ad
honores fugiendos, ad amplectendas humilia-
tiones, eo scilicet fine, ut obtentâ his Medijs
humilitate, in omni virtutum studio profici-
at. Dæmon homines ad possessionem & so-
litudinum amorem divitarum & honoris insti-
git, ut superbiâ elati, in omne flagitiorum ge-
nu præcipites ruant.

Colloquium fit triplex. Petitur autem in
ingulis hoc à DEO beneficium, ut mereamur
libo Christi Vexillo recipi. Primum ad Virgi-
nem Matrem tendit, cuius Patrocinium invoca-
bis, dicto *Ave MARIA*. Secundum ad
sanctissimam Christi humanitatem, cuius meri-
ta ut fructuosa tibi sint, in præsenti negotio,
supplicabis, & diices: *Anima Christi.*
Tertium ad DEUM Patrem diriges, & ut ex-
equi det, quod desiderare concessit, flagitabis,
dicto *Pater Noster*.

Reflexio supra Meditationem de
duobus vexillis.

Ex hoc Sancti Ignatij discursu, vel potius
Ecclesiastico ipsò

ipso modo agendi, quō Christus Salvator
ster in perducendis ad perfectionem humanam
mentibus utitur, & quem Sanctus Ignatius
Divino Spiritu instruētus consideravit, &
quam fundamentum præsentis Meditationis
supposuit, colligere licet, quod humilitas am-
bit, quō viles esse & haberi gaudemus; qui
opportuniū non obtineatur, quam frequenter
humiliationum exercitio. Sed quemadmodum
amor excellētiæ non est superbia, nisi si modicus,
cūm superbia aliud nihil sit, quam
ordinatus propriæ Excellentiæ appetitus, que-
ponè honoris, tanquam rei sibi debitæ ambi-
tus sequi solet; ita amor humiliationis & con-
temptuum, non est humilitatis partus, nō
tunc solummodo, quando contemptum, nō
quam rem nobis debitam amplectimur & de-
deramus. Atque ideo veluti superbus amat
ambit honorem, tanquam rem sibi debitam
tristatur, cūm non obtinet, quod cupit, &
quod, si obtinet, cum ingenti gaudio posside-
re solet: Ita ex adverso, qui verè humiliat
amat, & querit contemni, tanquam aliquis
meritis suis debitum; & si obtinet, quod desiderat,
fruitur hac suâ vilitate, non sine liquido
mentis solatio: tristatur autem, & dolet,
non impetrat, quod tantopere in votis habet.

Ut ergo peritè humilitatem discernere nos-
tris ab omni alio voluntatis erga abjectionem
studiosè motivum & objectum forma-
tum tuorum explorandum tibi est.
Corum enim est, quod contemptus & vilipen-
ditas, in quantum tales sunt, amari non pos-
sunt, cum id, quod malum est, quatenus tale
frequenter, amari sanè nequeat, sed omnes ab eo ab-
stinerentur soleant: Hæc tamen mali ratio non
impedit, quin pro diversis considerationibus
amari possit, quod omni alioquin odio dignum
& sic amor Vilipensionum ad diversos de-
voluntatis habitus pertinebit, prout ex
diversis motivis procedet, quæ sunt totidem
objecta formalia diversorum habituum.

Hinc indubitatum esse debet, ipsa etiam vi-
ta hoc à nobis obtainere posse, ut viles esse, &
contemni ambiamus. Ita Hypocrisis humilia-
tus faciet, ut vitium aliquod intres in mente
eiusmodi virtutis colore obducas, ut
illa facile occulti defectus suspicio esse pos-
si: Ita vanitas sub omnium pedibus te cur-
rit, ut honorem, qui tantæ submissionis
estimationem sequi solet, acceptes: Avaritia
facile te omnibus inferiorem videri patietur,
de publicè pro egeno, &, qui tenuis admodum
census sit, habearis. Odium promptè omne
inju-

injuriarum genus recipit, cùm id in inimicio
inferentis exitium versum iri speret.

Similis est ratio de virtutum variis gen-
bus, ad quæ referri potest amor vilipendio
contemptuum. Amare enim abjectionem
quia DEO placet, ejus studiosos nos esse,
vini Amoris actus est, siquidem DEUM et
finitè amabilem consideremus. Amare con-
temni, quia sic DEUS jubet, obedientia
erit, si ad obligationem attendimus, quæ
DEUS imperat, exequi tenemur. Velle
pendi, ut Salvatori nostro fiamus similes,
hanc in nobis cum vita sua conformitatem
stè utique pro infinita bonitate sua exigit,
amorem Christi Servatoris nostri percep-
tio Amplecti humiliations, quia cœlum hoc pa-
tio mercamur, actus spei est, quæ desiderat
quærit æternam beatitudinem. Desiderare
nique contemptus, tanquam justa peccato-
niorum supplicia, ad justitiam vindica-
vam, quæ de peccatis pœnas exigit, refer-
debet.

Jam verò si contemni, & vilipendi gra-
tia tibi sit, tanquam aliquid nihilo & vilitate
debitum, tunc enim verò propriè ad humili-
tis virtutem hujusmodi affectus spectat, quæ
neque DEI beneplacitum, neque ejus præceptum

neque Christi approbationem, neque cœlestis
antudinis prœmium, neque peccatorum vin-
dictam Divinæ Justitiæ debitam, neque aliud
quidpiam nobis extrinsecum attendit, sed so-
rum ad naturæ nostræ vilitatem, quæ jure quo-
dam suo contemni & vilipendi exigit.

Ex quibus omnibus apparet, multos se hu-
miliare, quin humilitatis veræ in se virtutem
abebant, eosque omnes esse hujusmodi, qui
contemni desiderant ob aliud quodvis moti-
vum, quam illud sit, quod contemptus vialis
creaturæ nihilo debeatur. Et sanè rationi ad-
eodem conforme est, ut quod debitum nobis
cognoscimus, eō obtentō, gaudeamus, il-
lad desideremus, ambiamus, cum delectatione
triuamur, & cum acri quodam doloris sensu
illo spoliemur; ergo aliqua virtus, ut sit, ne-
cessarie est, quæ hunc nobis amorem ingeneret,
cum omnis honestus amor ad aliquem virtutis
ordinem pertineat; & hæc sanè, si rem accura-
tè expendimus, alia non est quam humilitas,
quæ amare nos facit contemptus, & omne de-
spectuum genus, tanquam rem, Justitiæ titu-
lari nobis debitam.

Et hæc illa Consideratio est, quæ tantum in
nobis efficit, ut, siquidem seriò humilitatis stu-
diosi sumus, prompti ad abjectionis amplexum
simus,

simus, & contemptus non difficulter solūm pugniamo
tiamur, sed lāti illos & cum magnā anima que
tē acceptemus. Quin quōd hoc ipso arguitur C
to verē humilis convictum se fateri debeat, ne celi
amandos solūm esse contemptus, sed & jucundus Perpe
acceptandam omnem cuiusvis alterius bonorum singu
rentiam, cūm ingenuè agnoscat, omni se bōnum ush
no penitus indignum esse: & cūm ad hāc multū animū a
animū noxīs inquinatum videat, ul̄to laudat i
omne ærumnarum genus, tanquam ad supp
ciunt tot delictis justē debitum condemnantur.

Porrò, sicut superbus aversatur illos, qui ho
noren̄, quem querit, & sperat, non deferunt, non ga
quíque aliquo illum contemptu affecerunt, r̄a aor
verē humilis horret quodammodo non solūm contem
los, qui laudibus invitum onerant, sed etiam hominach
qui parciūs ipsum, quām vellet, negligunt.

Unde consequens est, rem esse rarissimam
riam humilitatem, & idcirco thesaurum humi
nitatis inexplicabilem. Ejus enim bene
ficio, omne à nobis Divinæ Gratia imped
imentum tollitur, & aptus fit animus, ad re
piendos plenis influxibus Divinos favores, quo
infusa bonitas communicare creaturis suis de
siderat. Perpende igitur quām meritò S. Ignatius
hanc nobis virtutem, tanquam preiosum instrumentum
perfectionis Christianæ instrumentum proponit.

et solummodo Christus Servator noster, ad recipien-
tis animis nostris celitus Divina manus benedictiones, & ad
argum-
Cœlestium donorum genus nos dispo-
debeat, clementissime laborat.

& jucundus. Perpende itidem, quam æquum fuerit, ut
us bonum singulari studio hanc vobis virtutem Di-
mini se bene his Magister commendaret, ut, velut
hoc multitudinum aliarum quodammodo oblitus, omnem
ulero felicitatem tuam in hanc nobis persuadendam con-
ad supplicem, quæ tanquam Mater est cæterarum
emittit. & generosam illam simul ac amabi-
los, qui non animi tranquillitatem parit, quæ nunquam
deferrunt, non giudet humilis, à nullo unquam cum ali-
erunt, non animi acerbitate alienus. Quid enim? si
nisi solus contemnit & affligit humilem, tantum abest, ut
sed eiunum stomachum ipsi moveas, ut exultare potius il-
ligerint.
lubet, tanquam illo demum obtentio, quod
similiter etiam meritis suis debitum esse agnoscebat; &
um humi-
consequens tanquam benefactorem te suum
complectetur & amabit; tantum ab omni vin-
cim bestiis impedi-
tus ira motu alienus est. Quod si eundem
ad reci-
toribus, quorum admissurus est, sed nullo tamen animus
is suis de-
aversio-
nibus. Ignoramus quod bonam & Sanctam tuam volunta-
tē consideret, sive tuam voluntatem facile suæ
propositi preferat, neque recusat, aliquid sibi adver-
sum

sum pati, ut tibi bene sit; sive, quod se Divini
Providentiae plenissimè committat, quia
sui venerationem nunc permittit: sive denie
quia natura suis laudibus non repugnat, &
gratia Divinæ motus nihil animo acerbis
infundunt.

XV. ANNOTATIO.

Considerandos prius esse tres modi

Humilitatis, quam Meditatio de tribus

Classibus fiat.

Verum est, quod Sanctus Ignatius, &c.

Pro Meditatione de tribus modi

Humilitatis.

Cum haec sic mens Sancti Ignatij, ut in
Christi signis militantes vera animum Humili-
tate exornemus, idcirco vult, ut toto hujus
tempore, & consideremus, & mente iude-
dem repetamus, tres hosce Humilitatis mo-
dos, ut cum intellexerimus, quodnam inter illas
discrimen sit, uni tandem, in quo sincera Ha-
militatis virtus versatur, Christi Salvatoris
emplum securi, nos applicemus, neque con-
ti studiemus esse sola quadam & fallaci Hu-
militatis imagine.

Hanc porro considerationem, non in meditationis alicujus formam concinnare voluit, arbitratus sat's fore, si discrimen veram inter, & alterinam illam humilitatem penitus intellegemus. Et cum omnis alioqui meditatio spirituale quoddam principium contineat, quod telle penetratum ratiocinationis beneficio, voluntatem ad sanctum aliquem affectum moveat; in hac consideratione Sanctus Ignatius voluntate, ut sine ulteriori discursu, sine alio voluntati motu, toti in eo scilicet essemus, ut ingenuam humilitatem ab altera ignobili seceremus. Ille enim animus, qui penetraverit studiosè ea, quæ in meditatione de duobus Vexillo allata sunt, ampliori certè consideratione non indiget, ut ad humilitatis se amorem excitet, sed solum de eo solicitus jam est, quinam ex tribus humilitatis gradibus præstavior sit, & securius amplectendus. Certè convincere meditantem Sanctus Ignatius student, & hoc nimirum tanquam demonstratum dicere, quod amari humilitas debeat, idque brevissimo hoc arguento efficaciter adstrurit: quia nimirum haec virtus unica est ad perfectionem semita, & superbia ex adverso unita ad omne malorum genus dispositio. Quæsito esse debet, nisi fallor, plus quam sufficiens,

Ff

ut

ut amemus & animitus desideremus cælesti
hoc Decus. Atque adeò nihil jam superet,
quam ut intelligamus, in quoniam consistat tan
commendata nobis virtus.

Hæc equidem quamvis ita se habeant, nibi
tamen prohibet, in meditationis formam or
tam hanc considerationem compingere, adi
bito & discursu, & voluntatis affectibus, qui
bus eò feramur, quò nos Sanctus Ignatius inv
itat, hoc est, ad firmum animi propositum ha
miliationem nostram ubique procurandi, si
quandocunq; ultro nobis occurret, eam, quan
tum sine Divine Gloriæ detimento fieri lice
bit, amplectendi. Meditatio tria habebit pur
gata pro triplici scilicet diverso humilitatis ge
nere. Singula puncta paulò amplius exponen
tur, ut manifestius appareat, quænam sit hu
militatis formæ, & quid ad singulas pouissimæ
pertineat. Excipient hujusmodi explicati
onem affectus aliqui, qui excitari possunt, ut
desideratum finem opportunè pertingamus.

Undecima Veritas

Explicata in Meditatione de tribus modis
Humilitatis.

*In omnibus meimet annihilationem qua
rere debo, eamque, quodies occurret, si jin
di*

Divinae Glorie detrimento possit fieri, impleri
poterit.

Primum & secundum punctum ostendit,
quod primus & secundus gradus humilitatis,
qua humilitationem non nisi coactus quis ad-
mitit, non sint vera solida & sincera humili-
tas. Unde sequitur, qui hanc cupit obtinere,
cum non quandoque tantum, sed in omni
prosperitate eventu humiliare se debere; id quod stu-
diosè observant, qui non commentitia qua-
dam Humilitatis umbra contenti sunt.

Tertium docet, quod vera humilitas vili-
pensiones animitus diligit, in iis sibi compla-
cent, easque acceptet nulla cogente legis cu-
juspiam violentia; & quod illas non solum li-
benter, sed cum animi quadam exultatione
querat, neque fugiat prius, quam Deus jubeat.
Et hoc est, quod Veritas proposita dicit: ample-
tum nos debere contemptus quoque eventu
nobis immissos, quantum sine Divinae Gloriæ
detrimento possit fieri: nostrarum enim re-
rum vilipensio nunquam Divinae Gloriæ in-
clementis contraria est, nisi tunc solummodo,
quando illas amare à Deo ipso prohibemur.

Si quis obiciat, cum Sanctus Ignatius hanc
de tribus humilitatis modis considerationem
non in meditationis forma propoluerit, perpe-
ram

ram à nobis id agi, quod propriam illi veritatem aliquam assignemus, eis nos respondebimus, quod sicut meditatio de tribus modis humilitatis in meditatione de duobus vexillis quodammodo includitur, ita undecima etiam hæc veritas, quæ huic, quam modo exequemur, meditationi respondet, in decima veritate, propria meditationi de duobus vexillis, quodammodo comprehensa sit. Manifestum enim est, cum qui vitam suam sanctissimis Redemptoris nostri exemplis conformem vult agere, omne humiliationum genus tam prompte debere animo passim admittere, quam studiose illas humillimus Salvator noster amplexus est.

Meditatio.

De Tribus Modis Humilitatis.

Oratio præparatoria ordinaria.

I. PRÆLUDIUM. Audire Christum Apostolos suos Matthæi. i. 1. ad Mansuetudinem & Humilitatem invitantem : *Discite à me, &c.*

II. PRÆLUDIUM. Petere gratiam cognoscendi, amandi & fideliter exercendi Opum Redemptoris mei Humilitatem, meque ad quærendam in omnibus meimet annihilationem, & amplectendos omnes undecunque evenient.

sentes contemptus resolvendi, quamdiu Divi-
se Gloriarum detrimentum nullum prudenter
timeri debet.

I. Punctum.

Primus Modus Humilitatis.

Consideranda.

Utar propriis Sancti Ignatij Verbis, eorumque planiorem aliquam explicationem adjungam, altissima enim est, quam in se comprehendunt doctrina: sic ergo loquitur:

Primus Humilitatis modus est ad salutem necessarius: ut me penitus subdam Divinæ Legi observandæ: utque ne mundi quidem totius oblatio mihi dominio, vel extremo vita discrimine objecto, transgrediar ex delibera-
to mandatum ullum Divinum aut Humanum, quod quidem peccati mortalis vinculo nos obli-
git.

Quasi diceret:

Primus Humilitatis modus est, ita se in omnibus mandatis, graviter obligantibus sub-
icere, ut pro nullius rei quantæcunque prelio deliberatè aliquod transgredi, quis audeat. Pri-
mus ergo Humilitatis modus ita amorem
vitæ, voluptatum, opum, & honorum mo-

Ff 3 . de-

deratur, ut cedere velit omnibus mandatis sub
gravis peccati culpa obligantibus. Nequod
bius est, quin sit aliquis Humilitatis modu-
lum submissio; vera enim Humilitas hoc la-
bet, quod sui studiosum Divinis præceptis, &
legibus plenissimè submittat.

Pari ratione certum est, hunc Humilitatem
modum Primum esse, neque enim supponit
duos illos, qui sequentur, & ab illis tamen
primus supponitur. Est item necessarius ad su-
lutem, quia salvari nequit, qui non ita anima-
tus est, ut mori potius velit, quam gravi DEUM
peccato offendere. Utcunque autem necessaria
sit hæc talis voluntas, tamen sufficiens non est.
Nunquam enim totum illud opere complo-
imus, quod facere proponimus. Longe po-
rumque inferiorem metæ partem tangimus,
quam illa sit, in quam istum statuimus incide-
re. Nempe idem nobis, quod sagittæ auto-
ræ glandi accidit, quæ ex fistula excusia nature
li sua gravitate, dum ad scopum evolat, ita ob-
primitur, ut nunquam punctum illud tangat, at
quod primæ collineationis vi directa fuerit.
Sic naturalis nostra infirmitas tam iniquo par-
dere voluntatem aggravat, ut plerumque longe
remissius, quam pro voluntatis fervore debet
fieri, soleamus agere. Proinde qui non curat, nul-
lum debet.

mortalia cavere, nunquam ita cauum se tote
peret, quin aliquando necesse sit etiam gravius
impingere; labetur sine dubio etiam in letham
noxam aliquando, maximè cum natura
frequenter nos decipiat, & non raro illic post-
modum gravis peccati malitia latuisse depre-
hendatur, ubi primitus non putabatur adfore.

Hac ergo Humilitas, si sola in homine sit,
adulterina est, ut ex ipso, unde nascitur, motivo
ternere licet, quod aliud non est, quam inferni
meus. Alius Divinis legibus & placitis, quæ
non æternos ignes prævaricantibus commi-
nantur, nihil flectitur: quid multis? Humilia-
tionem ulro non querit, ut genuina facit Hu-
militas; sed illam solum acceptat, quam ne re-
pudiet, æternæ damnationis minis coercetur.
Hec non est Christi Salvatoris Humilitas.

Affectus.

1. Gratias tibi mi Jesu, infinitas, quod mi-
serabili illo statu me exemeris, in quo tam faci-
le Divinis legibus tuis contraria præsumps.
Ne permittas, obsecro, ut in illum unquam de-
inceps recidam. 2. Benignissime Redemptor,
qui me ad veram Humilitatem invitas, ne per-
mitte, ita animum mihi excæcari, ut pro Hu-
militate habeam id, quod aliud non est, quam
debita gravissimis præceptis tuis subiectio.

Ff 4

3. Assiste

3. Afflste mihi Divinæ gratiæ tuæ præsidio, ut nullam ex his legibus tuis, vel deliberatè, vel quoquo modo violem; sed neque illud permisce, ut satis illud mihi sit, quod Sanctissimæ voluntati tuæ non satis probatur. 4. Desidero, in JESU, tantum me humiliare, quantum ad salutem meæ securitatem necesse est, id est, quantum à vino tuo beneplacito conforme erit. 5. Dignare, deprecor, tam generosis Divinæ gratiæ tuæ motibus mihi peccatus animare, ut ad illum semper aspirem, quod sublimius & virtutis gloris arduè conveniens est.

II. Punctum.

Secundus Modus Humilitatis,

Consideranda.

Verba Sancti Ignatij de hoc modo talia sunt.

Secundus modus Humilitatis majoris perfectionis, si nimirum animo ita comparatus sim, ut ad divitias, Paupertatem; Honorem ignominiam; brevitatem vita ac longitudinem, aquæ sim propensus, ubi equalis est Disciplina laudis, & salutis meæ occasio. Neque nullam vel humana, quantæcumque, felicitatis, vel propriæ mortis conditione proposita, adducam.

ficio, ut
unquam, ut culpam licet venialem tan-
decernam admittere.

Hoc est:

Secundus modus humilitatis, Ita divitiarum,
bonorum, vitæ, & omnium terrestrium bo-
norum amorem temperat, ut illum cuicunque
minimæ legi, quæ sub peccato quopiam
obligat, subditum faciat, utque homo quan-
cunque ex his bonis, nulli opposito malo
preferat, nisi id major DEI gloria, & salutis
særatio postulet.

Perfectius est hoc humilitatis genus, quām
primum fuerit, quia perfectius hominem DEO
subiicit; sed ad tertij, quod sequetur, nobilita-
tem non assurgit, quia minus adhuc, quām il-
lud facturum sit, humanum animum deprimit.
Cum ergo primum inter & tertium humilitatis
modum medius sit hic, de quo jam sermo est,
hunc secundus dicitur.

Est autem & sufficiens ad salutem. Qui enim
probatus est animō, ut peccare non velit,
in cujuscunque gratiā, quamvis aliquando la-
pides sit, nunquam tamen in peccatum mor-
tale incidet: quod DEUS fortissima manu sua
incidenti illoco adfuturus sit, ut ex veniali illo
casu se colligat, quō vel infirmitatis vel levioris

Ff § cujus-

cujuspiam malitia virtù, etiam adveniens modicū
quid ageret, aliquando impinget.

Quamvis verò ad salutem sufficiens finis
mentis Religiosæ constantia, nondum tantum
ad perfectionis culmen attigit, qui non la-
mīus aliquid in hac virtute meditat. Propterea. Q.
quia de vera humilitate nihil adhuc obnubilita-
hic talis, sine qua nulla est, quam tibi gratia suum,
ris, perfectio. Secundò, quia qui fugient in genu-
nores non cogitat, nisi tunc, cum major beatitudinem
gloria id requirit, frequentissimè le decipiunt, q-
ratus, quod Divini honoris studio trahatur. Alioquin
suis duntaxat commodis, & proprij amissione
voluptate invitatus ageret.

Vera denique humilitas non est, hæc, deinceps que pro-
loquimur, voluntatis affectio, quia non in humilitate
humiliationem, tanquam rem humanam ritecepit, m-
debitam, quod proprium est genuina humilitas, previdit
litatis, sed vel idcirco solum illam acceptam
quod Divinitus præcepta sit, vel quod de
D E O sit gloriōsior. Unde si neque pater
urgeatur, qui sic duntaxat est humilis, re-
ullum appareat Divinæ Gloriarum incremen-
tatione paratus est acceptare: & è comitatio-
nus non est à querendo honore, & magni-
minis glorioſa existimatione, rebus profane
mei

advertemmodi, quæ ad multa peccata venialia officium ipsi erunt.

Ergo neque hæc humilitatis forma ad Servandum nostrum exemplum sati exacta est.

Affectus.

1. Quantum, ô magne DEUS, ab illo veræ
nuc ob humilitatis decore, quod in me exquiris, adhuc
tibi gravatum, qui neque ad secundum hoc humilita-
i fugienti genus evasi, quantumvis tertio illō, & no-
major diffissimō longè adhuc inferius! 2. Ah Do-
le deinceps, quā pauci sunt, qui eò se erigunt! 3.
rabatur alia quoties, Benignissime Conditor, rei vanis-
opij amans gratiā velut per jocum sanctissimas Leges
meis affectibus miser postposui, cùm ne-
hæc, de quæ pro totius orbis opibus, vel tenuissimo
a non notui tuo deberem adversari! 4. At dein-
nanz rupi, mi JESU, siquidem Divinæ manus tuæ
winz hæc præfidiō communire me dignaberis, non ita
deinceps erit. Supprimam, & seriò quidem,
tbellas hos voluntatis meæ impetus, & se-
undo huic humilitatis modo impensissimè stu-
dabo me conformare. 5. Da per Victricem
gratiā tuam, ut tam robusta sit voluntas mea,
quam nulla opum & bonorum omnium oblatā
à Divinarum Legum tuarum sanctissima
observatione unquam dimovere valeat. 6.
Adde, mi JESU, & novum hunc animo meo

vigo-

vigorem ad serviendum tibi, & amandum
& fac, ut in operibus meis non peccatum
lum respiciam, quod evitem, sed sanctissimam
voluntatem tuam, quam impleam. 7. ¹⁶²⁴, re-
mi JESU, ut nobilem illam & admirabilem
humilitatem tuam imitari studeam, qui via
tuam omnem consecrasti.

III. PUNCTUM.

Tertius Modus Humilitatis,

Consideranda.

De hoc Sanctus Ignatius ita habet.

Tertius est modus humilitatis absolutus, ut priores duos jam adeptus, etiam si nullus per additum, laus DEI par foret, ad maiorem partem imitationem Christi, eligam pauperem, cum eo paupere, spredo, & illuso, pauperem contemptum, & insipientiae titulum amplius quam opes, honores, & sapientiae estimantur. Porro ad gradum hunc humilitatis pertinendum, magnum afferet compendium triplicis Colloquij precedentis de Vexillis, per quod suppliciter poscamus (si Divina placeat benignitati) ad talēm perducere electionem sive major, sive equalis, obsequij mei ergo in hominem Salvum, & Gloriam Divinam proventus subjicitur.

Vult dicere hum

lufcissima humilitas, & sanctissimis Chri-
stocatum salvatoris nostri exemplis conformis, vili-
tissimae gloriae præfert, paupertatem op-
erum rerum humanarum carentiam omnium
mirandorum bonorum dominio, quoties vel
cuiusvis accepti cujuspiam necessitas, & major DEI
potest aliquid non suaserit.

Tria sunt, quæ observari hinc convenit. Pri-
mo dictum Sancti Ignatij; quod perfecta haec
humilitas utrumque priorem modum includat;
Si ergo secundus humilitatis modus, uti vidi-
mos, Divinae Voluntati & vitam postponit, &
solutissima humana bona, etiam voluptates, quæ
se nulae terrena felicitatis non sunt pars mini-
morum; certum est, quod absolutissima haec &
humilitatis forma ad id omne se exten-
sionem. Secundò dicit Santos Ignatius, quod
humilitatis modus vilipensionem acceptet,
quam non major inde in DEUM gloria,
quam ex honore redundaret. Ex quo apparet,
quodaliud motivum habeat, quam DEI præ-
gloriam. Tertiò dicit, quod humilitas
tertia contemni gaudeat, ut tanto homi-
nem Salvatori suo similiorem faciat: hoc est,
homo, qui illam exercet, hoc ipso exercitiō
Salvatori nostro conformem se faciat, cu-
m humilitas perfectissima utique, & qualis ista
est,

est, fuit. Neque tamen idcirco puta, q[uod] doctrina Sancti Ignatij sit, excellentem humilitatem pro motivo suo imitationem demptoris habere, cum certum sit, hoc v[er]um ipsam Redemptoris humilitatem ne habuisse, neque posse admittere.

His ita suppositis explicamus naturam & perfectam humilitatis, & dicimus, quod n[on] sit, quae amorem propriæ excellentiæ impetrat, ut homo considerans nihil suæ amet, & procuret humiliationem suam & actualē suimet annihilationem, quam per Dei voluntatem illi permissum est; amorem inquam, & procuret humiliationem tamquam titulum ius aliquod habet, atque adeò legitimè sibi debitam: & Divinæ Legi & rationis dictamini conueniens est, ut illam sibi procuret, quoties m[od]estia Divini Numinis gloriam & obsecram non impedire videbitur.

Jam hæc, de qua sermo est, annihilatione ide omnis creati boni carentiam includit. Nam amur, quemadmodum honor, delicia, & omne modum, bonitatis & perfectionis titulum cupido debentur, ita nihilo non debetur aliud, quā temptationis & omnisboni privatio. Cum ergo virtutura de se non sit nisi nihilum, recta utique ratio

puta; quod ut, quæ nibilo debita esse cognoverit, ea, entem b[ea]titudinib[ea]tum Divinæ Voluntati non sunt contraria, ationem contere, & sibi dari velit omni studio, vel ultero, hoc procurando, vel acceptando, eventus cujus- atem neque beneficio sibi obtingentia. Sicut enim excellens essentia omni decore, omni honore aturam amore digna est, ita nihilum nihil mere-

quod nimirum humilitas quoad deliciarum, & amicitiarum amorem leges nobis ponit, sicut quod honorum & magna existimationis am- a, quamcum, eoque nos permovet, ut libenter acce- o est; amicu[m] omnium ejusmodi blanditiarum ca- em taquem, tanquam debitam vilitati nihili nostri, jus aliquod decunque provenientem, ita vel ordinante itam, ad immittente, vel permittente saltem, Divinæ ni committit. Nihilominus cum fre-quentius & difficilius humilitatis exercitium sit, obsecrum honoris appetitum frangere, ejusmodi scilicet omni, quod naturæ nostræ convenientius est, annimam identidem eminere gestit, ideo plerumque dit. Ne datur, humilitatem honoris & excellentiæ desideris dominari.

Ex hoc toto Discursu evidens fit, quod vera d[omi]n[ic]a cupido genuina, hoc est, amula illi, quâ Salvator n ergo nos nobis præluxit, humilitas, contemptum atique m[od]estia, honori præferat, quantum Divina Voluntas per- missu-

missura est ; neque illum recusat , nisi
quaando cum aliquâ Divinæ Gloriz in
minutione conjunctus est , hoc est que
do minor in D e u m gloria redundare , quod
sit illa , quæ per contemptum DEO quasi ex
pitur. Hæc est enim justissima Creatoris no-
voluntas , ut in omnibus majorem ejus hor-
rem & gloriam desideremus , & huic sancti
mo DEI postulato sincera humilitas nec
quam adversari solet. Quid si vero contem-
potest homo sine Divinæ Gloriz dictimno
amare debet , & amplecti hanc sui vilipendi-
nem , quisquis verè est humilis ; quamvis ha-
nor , qui DEO ex contemptu illo accidit , mo-
jor non sit , quam ille , qui per eundem DEO
demitur. Cùm enim contemptus ejusmodi
DEI voluntati non sit adversus , permisum est
humilitatis studioso , eum cum merito ap-
pliceti & acceptare.

Est ergo gloria DEO humilitas nostræ
abjectionis atque contemptuum , tanquam in
nobis debitæ , religiosus amor , quotiescumque
alia virtus non est , quæ reddi suum alicuius
vetet. Est enim humilitas certâ quâpiam na-
tione Justitia erga nosmetipos : quia contem-
ptum nobis adjudicat , tanquam rem merita
nostris debitam , nisi aliter DEUS impuneret .

Et hinc ab ipso Salvatore nostro hoc nomi-
nata compellatur, cum dicit Sancto Joanni Ba-
tista: *Sine modo: sic enim decet nos implere
unum Justitiam.* Est denique humilitas vir-
tas in voluntate sita, & Cordis quodammodo
propria, quia amorem excellentiae temperat,
de hoc sensu Christus Redemptor noster dictus
est esse *Humilis Corde.*

Affectus.

1. Agnosco, mi DEUS, quam gratus ego
causas habeam, profundissime me in nihil &
peccatorum meorum abyssum deprimendi. De-
bet sanè haec cœlestis virtus, tath mihi no-
ta & assiduo experimento familiaris esse, quam
infusa & nova mihi est. 2. O Magne DEUS
virtutum! quam ego nunquam sanctissimis his
amoribus animum mihi tangi expertus sum,
quibus annihilationes & contemptus amplecti-
telle! quam nunquam illam animi volupta-
tem in contemplibus meis, tanquam in bono
michi debito sensi! quam procul ab horrore illo
fui, quo horiores, & quidquid gloriam sa-
pit, tanquam res voluntati & votis meis ad-
versas abominari debui! Anima his sanctis
affectibus cor meum, ô Bone JESU! per illud
benepacitum tuum, quod inde capturus es, te
obsecro. 3. Intelligo, mi JESU, quid cau-

Gg

48

sæ sit, quod tantò studiò tuam mihi humilitatem cōmendaveris. Illa nempe est, quæ omnia Divinae Gratiae tuæ impedimentum submovet, méque totum ita tibi Divinóque Spiritus submitit & consecrat, ut transitorium nihil deinceps velim cupere. 4. Fac, mi JESU ut hujus nobilissimæ virtutis studio ita me integrum impendam, ut amem, quæram, & caro amœno animi sensu experiar, contemptu vilipensiones, dolores, & quidquid misera naturæ difficile, atque arduum esse solet. Ah Domine! si nihil mei vilitas justè hoc me exigit, ut me deprimam & annihilam omni me honore, omni voluptate spoliem, omnibus naturæ blandimentis, quantum Divinæ Leges tuæ permittunt: quid aliud peccatorum meorum gravitas, & frequentia exigunt, quam ut illorum vindictam non solum desiderem, sed strenue ipse execuar, ut Divinus natus tuæ supplicia non cogar experiri. Quam impudens ergo & effrons fui, quia sublimia adspirare ausus sum, cum & naturæ vilitas omnem contemptum, & flagitiorum meorum multitudo omne genus suppliciorum mereatur. 7. Ah Agne Innocentissime, si seria humilitas tam profundè te depresso, ut ulterius pura creatura demittere non

humili-
que omo-
n submis-
ue Spiri-
tum mi-
i JESU
ita me
m, & ca-
temptu-
miserabi-
solet.
ustè hoc
annihili-
poliem.
ntum Da-
iud pecc-
cia exige-
m defini-
vitz ne-
eriri.
i, qui al-
& nature
flagiti-
is suppli-
nocentia
lè te de-
nitere se
non

in possit, quantumvis unione hypostatica ad initiatam excellentiam sanctissima humanitas tua elevata esset, quid in me audere non potest, quem reperiet ignobili peccatorum pondere infra omnium creaturarum vilitatem in plasm nihili abyssum, ad usque dæmonum matutam, & forè longè adhuc inferius, depressum? 8. Extingue, ô Humillime Redemptor, in animo meo, omne vitiosum erga hominum blanditias desiderium, & da veniam ac seriam humiliationis & annihilationis cupidinem; fac denique, ut ita horream ostiones honoris gradus, quos conscendi Divina Majestas non imperaverit, sicut Tu, misericordia IESU, vanissimos amores magnorum Nomum in me detectarisi.

Triplex debet fieri Colloquium, & gratia peccati, quâ adjuti, seriò perfectæ humilitatis studio nos impendamus, & querendo & exercendo etiam humiliationes nostrarum Membrorum, quoad sine DEI vel offensa, vel disciplinia fas erit.

Potimum Colloquium erit cum Beatissima DEI Matre. Quam per amorem Filij sui regalis, ut illum ita tibi dignetur facere proprium, ut gratiam mercaris accipere, necessariam ad adorandæ hujus virtutis amorem & imitacionem.

tionem. Hunc in finem dices: Ave M.
RIA.

Secundum cum Salvatore & Domino nō
instituetur, impensisimè ab ipso flagiando
ad perfectissimam hanc imitationis sui
mam in annihilationis veræ exercitio nos
gnetur admittere, & dicendum semel: Am
Christi.

Tertium ad DEUM Patrem fiet, repræ
tando ipsi infinita Filij sui merita, & infinita
illam in ejus humilitate complacentiam; & re
gando, ut aliquando ejus etiam nos dignus
facere participes. Dicendum Pater Noster.

Compendium Meditationis.

De tribus modis Humilitatis.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Audire Christum Dis
pulis suis commendantem humilitatis & in
suetudinis studium: Matthæi 11. Discit ut
quia mitis sum &c.

II. PRÆLUDIUM. Petere gratiam con
scendi, amandi & imitandi humilitatem Re
demptoris mei, méque excitandi, ad quan
dam in omnibus mei depressionem, omnia
que contemptum, quoties sine Divinæ glo
rificatione fieri poterit, amplectendum.

I. Pa.

I. PUNCTUM. Primus modus humilitatis
et omnibus illis præceptis subesse velle, quæ
libet gravi peccato obligant. Necessarius est
hic modus ad salutem, sed non sufficiens. Spe-
ciem aliquam humilitatis habet, quia subesse fa-
cit hominem, sed revera metus inferni est,
non amor humiliationis.

II. PUNCTUM. Secundus modus humili-
tatis est, subiaci legibus, tum ad peccatum
grave, tum ad leve obligantibus, & indifferen-
tiam esse ad omnia, in quibus æqualis est DEI
gloria. Plus habet hic modus humilitatis quam
primus, minus autem, quam tertius. Sufficit
quidem ad salutem, sed non ad perfectionem.
Admitit adhuc aliquid ad honorem affectus,
ideo vera humilitas nondum est.

III. PUNCTUM. Vera tandem & perfecta
humilitas est amare contemptum, tanquam
aliquid, quod dignus sis, & eum ultro accepta-
re, quamdiu vel manifesta vel tacita quapiam
DEI Lege non prohiberis. Et hæc, quam com-
pletetur iste modus, annihilationis, omnium
bonorum, voluptatum, & commodorum hu-
moris vitæ carentiam comprehendit: tanquam
ejusmodi scilicet bonorum, quibus humanæ
naturæ despabilis conditio penitus indigna-

Tria sicut Colloquia. Primum ad Virginem Matrem, rogando, ut pro nobis apud Filium intercedat. Alterum ad Christum, quem preceberis, ut te ad veræ humilitatis sequelam potiatur admitti. Tertium ad DEUM Patrem, quem per merita Filij sui rogabis, ut humilius te ejusdem Unigeniti sui sectatorem faciat. Sanguis congruis suis oratiunculis concludet.

XVI. ANNOTATIO.

De Humilitate.

Triplex hic occurrit quæstio &c.

*Pro Meditatione & tribus**Classibus.*

Postquam anima ope Meditationis de duabus Vexillis intellexit, quod bonorum temporalium intemperantior amor, sicut ad omnium tiorum genus aditum pandit, ita ingens consequenda perfectionis obstaculum sit; cumque hac lue nonnihil etiam afflatam deprehendat, serio nunc incipit de remedio cogitare, ne forte aliquid, quod perfectè DEUM vocatum sequi prohibeat. Ad quod suum propotum rectè hanc meditationem adhibet, in qua opportunam admodum rationem condicet, animum à terrenis fæcibus ita illimem reddit.

ut vel habere, quod amat, vel perdere perire
ipsi sit, neque aliam vel retinendi creata
zona vel abijcendi causam admittere, quam
quem p
majorem Divini Numinis gloriam.

Jam, qui affectum hujusmodi prorsus exuere
desiderant, ad tres potissimum diversas Classes
revocari possunt. Prima illorum est, qui vel-
lent quidem immunes ab hoc affectu vivere,
sed de libertatis, quam desiderant, obtinendae
medis ne quidem cogitant. Ad secundam illi
pertinent, qui itidem deponere gestiunt inordi-
natam, quam laborant, voluntatem, sed rem,
qui ita affixi haerent, nolunt abijcere. Nempe
retinere hi tales volunt, quod diligunt, atque
ita cum materiem suam pravo affectui non sub-
ducant, frustra illo se liberos volunt, nisi ge-
nerosius consilium capessant. In tertia demum
classe illi sunt, qui ita inordinatum ad terrestria
affectum cupiunt exuere, ut rem ipsam, quam
amant, abijcere parati sint, si id è re majoris
DEI gloriae futurum judicent. Et hi serio no-
tum illam animi libertatem desiderant.

Discursus, quem hæc Meditatio complecti-
tur, exemplò quopiam, aut potius similitudine
natur, Nempe à mercatoribus, unicè in lu-
cru suum intentis licet discere, quæ ratio te-
nenda sit in abdicandis à nobis bonis tempora-

libus, ne impedimento nobis sint, quòd mil
animus DEO sinceriùs & integrè consecratur.
Intelligimus itidem, quā industriā, qui hum
ilitatis & perfectionis studiosus est, acceptat
beat, omnes sese deprimenti occasiones, unde
cunque oblatas. Et hæc sunt, quæ in sequen
tia meditatione consideranda occurrunt.

Duodecima Veritas.

Explicata in meditatione de tribu
Classibus.

*Nullam omitti fas est occasionem
anuihilandi memetipsum, quamdiu sit
Divinae Glorie detrimentum
potest fieri.*

Primum Punctum docet, quòd velle
illæ & vana mentis proposita, quæ effectus se
sequitur, nimirum infirma sint ad virtutem
præsidia, & quòd, qui ad animi sui salutem pro
curandam aliud non agit, quām fovere hanc
modi voluntatis ad bonum inclinationes, ne
verā miser sit, ut qui omnia potius alia, quam
salutem suam diligat.

Secundum commonstrat, quòd proposita
quæ non nisi aliquando & inconstanter in cito
etiam deducuntur, satis significant, verendum
esse, ut serius ejusmodi hominis amor non sit
quod.

quò min
conferent
qui bona
ceptate
ones, una
in sequen
tribut
fisionem
diu fia
ô
velleca
ffectione
l virtutu
luctem p
verè hui
iones, n
ilia, qua
proprie
ter in c
verendan
r non s
qua

copassim erga virtutem ferri videtur. Neque
num sufficit, aliquoties illa à nobis abiicere,
que perniciosa nobis esse intelligimus, sed nun-
quam admitti debent talia, siquidem securam
die volumus salutem nostram.

Terium explicat, quænam sit genuina vo-
luntatis, & seria ad virtutis studium applica-
tio: Illa nimurum, quæ nullam proficiendi oc-
casionem elabi patitur. In tali enim homine
suis apparet, amorem æternæ salutis imperare
animu, & solum dominari, cæteros affectus non
ni si ad hujus imperia se movere. Cùm ergo sta-
tutum mihi sit, sinceram animi perfectionem
humilitatis ministerio sectari, nulla mihi oc-
casio elabatur necesse est, quæ aliquam mihi, si-
ne Divinæ Gloriæ jactura, meimet humilatio-
nem offert.

Nota. Cùm humilitas viva omnis spiri-
tualis boni radix & origo sit, qui hanc secta-
tur, cædem operâ in Perfectionis incumbere
studium; & pariratione, qui se deprimit, ut
humilitatem menti inserat, ille excellenti
quodam modo id agit, unde omnis perfectio no-
stra profici sci debet,

Gg §

Medi-

*Meditatio.***De Tribus Classibus.****Oratio Præparatoria solita.**

I. PRÆLUDIUM. Ternas mihi Classem
mercatorum obitiam, quæ negotiationum
quam tractant, solo lucri faciendi studio suscep-
perint, & singulæ decem millia ducatorum lo-
cratæ sint. Imaginabor autem mihi, quæ
omnes ex iis desiderium aliquod procurare
salutis suæ conceperint, & pro viribus in Di-
næ gratiæ augmentatione identidem proficere get-
ant. Et hunc in finem omnes inordinato ac
pecunias affectu, quo laborare se sciunt, immo-
nes fieri desiderent, tanquam ab ejusmodi impo-
dimento, quo nihil efficacius obstet veræ felici-
tatis consecutioni,

II. PRÆLUDIUM. In conspectu Dei
Domini Nostri, omniumque Sanctorum co-
me collocabo, tanquam ejusmodi personam
quæ unicè desideret intelligere, qua ratione
amplius placere possit Infinitæ Majestati.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam petam cognoscendi, & eligendi, quod DEO acceptius & an-
tæ meæ salutare magis est, firmumque concor-
piendi propositum, omnes occasionses ample-
ctendi,

andi, quas Deus ad profectum in Virtutum
udio & præsentim ad mei depressionem op-
portunas dignabitur submittere.

I. P U N C T U M]

Prima Classis.

Consideranda.

Prima mercatorum Classis non caret omni
desiderio abducendi ab opibus affectum, ut secu-
ritas in Divinis Deo serviat: sed medium ad id, quod desi-
derat, nullum adhibet, neque facit aliquid ad ipsi-
um illum conveniens. Amor enim, quo sa-
lute suam prosequitur, tam est frigidus, ut
omnia alia longè amet calidiùs, quam animæ
sue bonum. Et proinde fieri non potest, ut se-
cundum salutis suæ prospectum velit, nisi hæc illi ma-
gisteria sit, quam omnia, quæ ab hoc illum
studio solent avertere. Nam ubi duo amores
inter se in eodem pectori congregantur, vin-
cillæ, qui robustior est.

Talis est illorum indoles, qui desiderant qui-
dem in Virtutis studio magnos profectus face-
re, sed nihil minus agunt, quam quod hanc ad
hunc congruit; cum nulla prorsus re spoliare
develint, in salutis suæ gratiam; quod quid ali-
ud

ut est, quām manifesta insania, finem nō
rum velle, & mediis nolle uti.

Affectus.

1. Damnare stultissimam illorum cœtem, qui nihil tardius amant, quām quod luti animæ suæ proficit, unicè & omni am dignam.
2. Deplorare eorundem misericordias, quia pereunt absque eo, quod interitum sentiant, contenti vanissimo salutis desiderant.
3. Considerare, quamdiu eādem & ego libenterim ignaviā, & quantis in rebus etiam minus paulò illis sim studiosior.
4. Gratiam fugere, qua adjutus emendem perniciosa locardiam.

II. P U N C T U M.**Secunda Classis.***Consideranda.*

Secunda mercatorum classis paulò sinecū exuere se gestit affectu illo, quo ad opes hispanias ferebatur, sed tam generosa nondum est, neque argentum, quod diligit, relinquat. Adhuc quidem mediorum aliquid, ut liberet ex ipsis habili mancipatu voluntatem, hinc aliquam habet inde partem ex thesauris suis in pios usus erogat, & alia insuper studet agere, qua perfecto affectui molesta accident: sed tamen nunquam fe-

igit, ut omnem penitus à se peccuniam velit
moveare. Hoc mercatorum genus imago est
clarum mentium, quæ non nisi aliquando fa-
cunt, quæ ad animæ profectum sunt idonea. Et
potest quandoque contingere, ut illud , à quo
moventur ad vim appetitibus suis in qua piam
preferendam , alius quispiam , quam salutis
amoris sit, fortior tamen, quam amor sit ille, quo
sequuntur. quas abiiciendo nobilem vi-
ctoriam reportant. Quod si salutis suæ amor
et quo instigante hanc contra affectus suos pu-
gnum suscepereunt, fortior quidem est, quam il-
le, quo transitoria diligunt: sed manifestum ta-
men adhuc est, multorum caducorum amorem
robustiorem adhuc esse, quam ille , quo salutem
suam procurant. Et sic totum, quod agunt, pa-
rum aliquid, & sanè quam exiguum est, cum
amor ille, qui vehementior est, & in animo resi-
des, nunquam non dominari pergit.

Et hæc est secunda Classis, illas complexa, qui
in virtutum studio proficere quidem cupiunt,
sed ad pulchra hæc desideria vel nullum, vel vix
aliquem affectum adjungunt. Id quod aliud
non est, quam ultro & jucundè sibi met impo-
nere, & quod serio ac integrè oporteret exequi,
id ex parte tantum & fortassis solùm ad oculum
facere.

Af.

Affectus.

1. Agnoscere excoecat^r mentis misericordiam quæ DEUM ita ad suos appetitus conatur infestare, ut aliud sibi imperati non velit, quia quod pravo affectu diligit. Vult nimis invenire quod DEUS gratum habet, sed quod sensuali affectu ipsa amplectitur. 2. Gratiam flagitare ut multis in rebus hanc voluntatis pravitudinem corrigam, praesertim verò in iis, quæ ad honestam rem pertinent. 3. Disquirere & deplorare iudiciorum lapsus, quos hoc in negotio committimus. 4. Solicitudo Religiosa, ob nimiam, qua honestas sector, cupiditatem, rem usque ad eum periculosa, & tantò in me magis detestabilem, quantum nobiliores DEI gratiarum sunt, quas hunc in lumen mihi communicat, ut exitiali haclure eximat. 5. Penetrare & pro meritis estimare magnam hominum in secunda hac classe infelicitatem: minor quidem illa apparet quamqua prima classis laborabat, magna men adhuc, & non negligenda; quia tantam adhuc animæ curam esse in hac classe convenit quantam, si ad perfectionem obtinendam per nihil egisset boni. Modicum enim illud, quod agit, nondum eam eximit salutis periculo, sed hoc solum facit, ut desperare de illa non debet. Atque adeò occultat quidem periculum, non autem tollit.

III. PUN-

III. P U N C T U M.

Tertia Classis.

Consideranda.

Tertia Mercatorum Classis, depositura in-
temperantem ad divitias affectum, prompta est
ad retinendas vel abiiciendas pecu-
nas, prout expedire ad Dei Gloriam videbitur.
Tunc hoc genus hominum suis se thesauris,
in quibuscunque Divini Numinis voluntas id
engere dignabitur; neque aliud vel retinendi
vel relinquendi opes suas dictamen sequitur,
quodam Dei in hoc negotio beneplacitum, in hoc
studiosa, ut querat & agat, quidquid
haec luetur. DEO judicaverit esse glotiosius. Et hoc tan-
dem est DEUM & animam suam præ divitiis
amare, quin imò non amare opes, sed unicè
DEUM, & animæ suæ salutem. Qui huc in
spiritus instituto evasit, sicut pecunias facile
difficit, ita neque aliud quidpiam magni æsti-
matur, neque ullius discoli amoris vitio in facien-
tia quocidie novis profectibus impeditur.

Talis est in negotio spiritualis vitæ tertia
Classis, illos complexa, qui serio & constan-
ter profectum in spiritu desiderant, & quam de-
siderandi rationem, quisquis sequitur, ille, ut par-
est,

est, virtutem colit, & generosis progressibus
portuna media applicat.

Affectus.

1. Agnoscere & commendare istiusmodi
hominum sapientissima consilia. 2. Laudare
generosos illorum animos. 3. Rogare DEUM
ut hujusmodi mentem quam plurimis dige-
tur impertire. 4. Aestimare, amare, & de-
cere bonum illud, quod & in DEUM & in
mas ex sanctis his conatibus redundat. 5. De-
quirere mecum, quinam amores illi sint,
plurimum posuerint obstaculi sanctioribus
sideriis & affectibus; neque dubium est,
deprehensurus sim, non fuisse hoc in negotiis
importuniorem, quam illum, quo honeste
prosecutus sum. 6. Supplicare DEO quae-
impensissem, ut tam infestum turbatore
mate velit. 7. Considerare, quidnam
quod facere necesse est, ut animum a malo
hoc hospice immunem afferam. 8. Statuere
quod totum me deinceps & ferio humiliati-
nis studio commissurus sim. 9. Implorare Di-
vinam gratiam, qua adjutus constan-
seram.

Triplex fiet Colloquium, ut flagitem & ob-
tineam Divinam gratiam, ne ollam elabi occi-
sionem patiar, quam ad memet humili-
eram.

um idoneam, Bonus DEUS quandoque
aggeret.

Primum fiet ad Beatissimam DEI Matrem, &
terminabitur dicto: Ave MARIA.

Alterum ad Christum, & finietur dicto:
Anima Christi.

Tertium ad æternum Patrem, & conclude:
tur dicto; Pater Noster.

Compendium Meditationis.

De tribus Classibus.

Otatio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Tres mercatorum classes
mihi proponam, quarum singulæ decem millia
ducatorum lucræ sint, velint autem nunc ani-
mam ab inordinato ad pecunias affectu immu-
nem habere.

II. PRÆLUDIUM. Collocabo me in conspe-
ctu DEI & omnium Sanctorum ejus, & deside-
rabo cognoscere, quâ ratione perfectius DEO
placere possim.

III. PRÆLUDIUM. Petam à DEO gratiam
cognoscendi, & eligendi, quod Divinæ suæ Ma-
tati acceptius erit, & constanter utendi omni-
bus

Hh

bus

bus occasionibus memet anni hilandi, quantum
finc Divinæ gloriae præjudicio fas erit fieri.

I. PUNCTUM. Prima Classis desiderat quod
dammodo exuere affectum, quo opibus adhe-
ret, sed ut obtineat, quod cupidus nihil adhibet in-
strumenti. Quidquid amat, amat solidius
quam bonum animæ sua. Insana igitur cupi-
tne laborat, quia finem obtinere gestit, nullam me-
diorum ope adhibitat.

II. PUNCTUM. Secunda classis paulò ferventius
desiderat, quod prima cupiebat: sed non ni-
certis duntaxat occasionibus procurandæ falso-
ris suæ intenta est, alias omnes facile negligeantur.
Et idcirco non omni se thesauro suo abdicantur
vult. Si quid quandoque boni audet, illud ipsum
fortassis ex alio, quam animæ sua; amore pro-
ficitur, cum tamen hæc sola sit, quæ serio et
unico amore digna est.

III. PUNCTUM. Tertia classis prompta est
ad retinendum vel relinquendum argentum ho-
rum, prout alterutrum Divinæ voluntati video-
rit esse gratius. Nullam occasionem negligit
Dei obsequium impendendi suas opes; neque
divitias jam amplius, sed unicè Deum & am-
mam suam diligit.

Triplic

Triplex debet fieri Colloquium, & flagitari à
Deo gratia, ne ulla mihi elabatur occasio,
quam Deus, ut memet annihilem, dignabitur
offerre.

Primum ad Matrem Virginem dirigetur, &
terminabitur dicto: *Ave MARIA.*

Secundum ad Christum finietur dicto: *Ani-
ma Christi.*

Tertium ad DEUM Patrem concludetur di-
cto: *Pater Noster.*

XVII. A N N O T A T I O.

De Electione.

Cum vereter, &c.



H h z

DIS.

De Humilitate.

Superbia primi & rebellis illius Angeli, pma peccatorum omnium, tum quæ Angeli tum quæ homines hodièq; committunt, orig est: &, quam semel mentem pestilens hic temor inflat, illam necesse est, omne illico ritiorum genus ut infestet: cùm, quod amplius adhuc est, peccatum omnino nullum esse solat quod ex inordinato quodam excellendi desiderio non profiscatur; quia nemo peccat, quoniam bonum sibi aliquod procuret, nullo sibi tunc debitum. Ut adeò verum sit, quod initio pronuntiatum fuit, omnis peccati originem superbiā esse. Quòd si ita est, putāshē ex adversitate omnium virtutū radicem non esse humilitatem age, hanc tibi virtutem hodie pro Dissertatione tuæ materia felige. Tam difficulter non dicitur, quām est proficia, cùm illam obtinatis. Solidè autem Considerationi huic vacare disquire tecum, quānam in primis obligatio amandi hanc virtutem te stringat; tum quæ moris hujus praxis sit; denique, quo studio, con huic negotio impendere deinceps te velis, & debeas.

I. Not.

I. Non opus est, multum & studiosè obli-
guiones conquerire, quibus ad amandam hanc
virtutem inciteris. Ex plurimis unam cape,
quæ sola, nisi fallor, te convincet. Et certè si
sola esset, modò accuratè penetraretur, suffi-
ciens profectò foret, quæ omnium hominum
voluntates in nobilissime hujus virtutis amo-
tem excitaret. Dicamus duobus verbulis quid-
quid magnum dici potest, & idipsum de hu-
militate pronuntiemus: Humilitas omnis bo-
ni origo est: an ergo non omni existimatione
& commendatione digna?

Sed objicies, credo: si tam pretiosa est, quæ
ergo fit, ut tam rara sit, & tam pauci ejus se
studio addicant? In promptu causa est: Ignor-
ta est. At, quæ ignota, inquires, quæ tam pul-
chra, tam amabilis? Vitiis hanc ignorantiam
debemus, mi Lector, quæ sub virtutis hujus
schemate, mirum est, quæ multis se vendi-
ent. Unde nihil est difficilius, quæ nobile
hoc humanæ mentis decus ab eo discernere, à
quo reipsâ differt plurimum. Ita Pusillani-
tas, quæ generosum vix aliquid unquam
audet, humilis honorum & magnarum
terum fuga videri vult; socors laborum & diffi-
cultatum declinatio, modestia effectus haberi
geltit, quam illi scilicet colunt, qui demissè

Hh 3

de

de se suisque viribus sentire solent; Avant sordidetatem suam ab amore humiliationum proficiisci singit; effrons impudentia, & spectaculo toto orbe turpissima, veluti generosus & proprius demissarum mentium spiritus, qui parum humana judicia vereatur, commendari vult sed his omnib⁹ peritior hypocrisis aptissimè humilitatem imitari novit in verbis & actionibus, in vietu & vestibus, in lecto & habitacione, in conversatione, gestibus, incessu, in omni denique morum compositione. Et haec difficile humilitatis à vitiis discriminem reddunt, cum neque virtutum facile sit aliqua, que non in certis eventibus nostrī humiliationem quandoque nobis imperet, ut ex hoc etiam copite difficulter humilitas ab ijs discerni possit, quæ ab illa diversa sunt: quandoquidem omnes actus externi ad humilitatis alioquin disciplinam pertinentes, ab aliis seu virtutibus, inquitiam vitiis promanare posse certum est. Absentiris, nisi fallor, sed unà characterem illum nosse desideras, qui unus virtutem hanc à fini contrariis segregat. Jam nunc illum tibi explico, & unà etiam illud demonstratum ibo, quod paulò ante asserui, humilitatem omnis bona fontem esse; quin quod & hoc persuasurus tibi ut

spero, sim; bonum nihil esse, nisi virtutis
iujus adminiculô. Sic ergo habe:

Humilitas norma quædam est, & justa amo-
ris illius moderatio, quo propriam excellen-
tiam nostram innata quadam cupidine deside-
ramus. Est nimurum humilitas virtus illa,
quæ cùm intelligat probè, quanta sit excellen-
tia nostra, justo etiam pondere ea homini ad-
mitti vult, quæ meretur, neque ultra merita
quidpiam indulgeri patitur. Cùm ergo nullam
et his perfectionem aut excellentiam habe-
mus, neque naturalem, Physicam, vel mora-
lem, neque supernaturalem qualemcunque, at-
que adeò ex nobis digni non simus ullo bono
honoris, voluptatis, scientiæ, commoditatis,
obsequij, amicitiæ, vel quoconque alio solatijs
genere, inde fit, ut, siquidem humilitatis leges
placet sequi, nihil ex his bonis tanquam nobis
debitum desideremus, sed omnium illorum ca-
tentiam, tanquam rem nobis omni titulo de-
bitam, gratam habeamus, & votis omnibus po-
nemus, considerata nihili nostri vilitate.
Gradu deinde ad peccatorum nostrorum con-
siderationem facto, cùm intellexerimus, quâm
illa omni nos suppicio, omni dolore & con-
fusione dignos faciant, labentes hæc omnia ac-
ceptamus, & desideramus, tanquam res planè
nostras,

nostras, & quas prudenter recusare non possemus. Ita intellectus, quid mereamur, aperiatur & humilitas, quæ sedem in voluntate fixa agit, ut quæ nobis deberi agnoscimus, et bentes amplectamur, tanquam res meritis Agnistris congruas. Et hæc est verae humilitatis doles, amare annihilationem, tanquam quid nihil proprium, & omne genus arum, rum, tanquam justam peccatorum, quæ commisimus, ultionem,

Jam cùm hic amor annihilationis sincerus & serius, nunquam sustinet, ut aliquam illum boni partem, quod Divinæ Gratiae adjumentum operatur, sibi imbecillis homo attribuat, Non fit, ut DEUS, tanquam justissimus Gloriosus Zelator, præstantissimos favores humilibus ammis indulgeat, utpote à quibus Divina Gloriosa suæ lucrum certò recepturus sit. Atque id cùm DEUS omne genus Divinarum Gratiarum in humilem animam plena & liberali manu fundat, omni illam bono tam pretiosa Divinitatis suæ Communione ornatam implet, neque ullum relinquit dubium, quia omnis bona origo hæc virtus sit, utpote quæ omnem Gratiarum thesaurum admiranda quadam virtute ad se trahit. Sed neque bonum est aliquid, nisi virtutis ejusdem beneficio; quia conservati nobis

non possumus non potest, quidquid cœlitus nobis in-
terfuit, aperte manifestum est boni, nisi Divinæ Gratiæ acce-
ptæ fixi, aut præsidium; hoc verò nulli certius, nulli
meritis, eam constantius indulgetur, quam humili.

Agnosco tandem, quam parùm in his terris
meritis, o Divina Virtus! agnosco, quam pro-
fundas in Sancti Ignatij felici animo radices
serratas, cum plenus raris admodum & stupen-
sibus, quos cœlius accepit, favoribus, nullo in-
devanitatis motu concussus sit. Felicem me, &
sincerum tu beatum! si miserabile hoc peccatum meum ita
quam illud occupes, ut amare jam nihil illi lubeat,
adjuvare, tam deprimi & ignorari; felix ille, qui hoc
virtutum omnium prædio munire animum
potest, quo destitutum vana & fallax Gloria
omni fructu, quem sperare posset, momento
spoliat.

Cognoscet igitur deinceps humilitatem, mi-
sterio Lector, non ex sola tuimet humiliatione,
quando hanc etiam vitia imperare nōrunt; ne-
que ex humiliatione ejusmodi, quæ ab in-
ferno, etiam sancto, quodam animi motu pro-
venit, quando & aliae virtutes interiorum eius-
modi aetuum sanctorum ministerio, externam
aliquam tuimet depressionem tibi persuadere
possunt; sed ex hoc unico motivo, proprio ta-
nen & innato virtutis hujus indoli, quod ames

Hh 5

ex

ex animo omnem tui annihilationem, boni
prorsus omnis parentiam, & omne id, quod
grave ac molestum accidere tibi potest, tan
quam res ejusmodi, ad quarum possessionem
considerata nihil tui vilitate, & peccatorum
fœditate jus quoddam habeas irrefragabile.

II. Jam intelligere modum desideras;
tam eximium animi humani decus possis
opportunissime consequi? Hæc age: Ad
virtutis huius internos, studiosè, fac, ut ex
ceas, tum quando aliqua temet humiliandi
casio imminet, tum quando nulla præfens
Volo dicere, quoties occasio se tibi offerat,
primendi te, aut aliqua voluptate privandis
molestum tandem aliquid patiendi, mor
veræ humilitatis motivum animo occurras;
rabis, & dices tecum ipse: Omni bono pro
pter nihil mei vilitatem indignus sum, & de
gnus, quem ob peccata mea, omne malum
genus torqueat: æquo igitur animo, quidquid
acerbum accedit, tanquam meritis meis dignus
amplector.

Quòd si subinde neque potes, neque in
grum tibi est, oblatos honores, vel virtus hu
commoda, aut aliud quodcumque bonorum po
nus respuere, intersius saltem humilitatis me
mor, tibimet occines: Dignus sum omnis bene
volentia &

ne id, quod sentia, & hoc ipso, quo modo fruor, indiscretus: neque admirerem sanè illud, nisi DEUS vellet acceptari, quod ego certò alio peccatorum tanquam rem meritis meis minimè debitur reiacerem.

Ita vive, ut animus nunquam non promptus recipere, & nunquam non desideret invenire: A occasione, ita te deprimendi, ut peccatores, ut cum & nihil tui vilitas id exigunt. Studiose niliandis illas inquire, impensè à D E O flagita, uno obvias amplectere, & cum magna gratia offeres, sum actione tanquam Divinos quospiam favo-
rit, novas occasiones identidem desidera,
una cœlitus opem tibi posce, quā munitus il-
luc, qui occurrit, in profectus tui augmen-
tum sedulò convertas. Quidquid agis boni,
quidquid mali declinas, utrinq; ex humilitatis
operare. Hoc identidem tibi repepe: DEI
voluntatem ut impleam, unicè opus est; ag-
ridiamur ergo hoc opus, ut D E O placitum
quid agamus: si quid difficultatis latet, illud hor-
um non debo, quia res est meritis meis debita,
nihil enim sum, sub infinitæ bonitatis do-
mino constitutum: quidquid à me boni profi-
citur, à purissima hac & infinita bonitate
venit; & quum igitur est, ut ejus unius glo-
ria & amori serviat, neque aliquid in vile hoc
nihil-

nihilum redundet laudis. Ita, mi^{si} Lecto^m, p^{ro}p^{ri}etio^sor erit humilitas tua, quod charitatis tua^m merito dives sit.

Cum hanc ipsa nihil cui & Divina Bonitate à tis consideratione etiam ad proximum tuum tuum tuum convertes, eumque tanquam aliquid ad DEUM sive pertinens cum debita reverentia intulces reu. Quidquid ab ipso tibi accidet, ad nihil tuum ne referes, & idecirco, si quid injuriae patitur alius tingat, nulli indignaberis, memor videlicet tua quod contra merita tua nihil actum sit, cum pimò, quod hoc ipsum, quod pateris, longe granderis tuis sit mitius. Id nimis tecum statim quisque quod & verum esse intelliges, si sincere l^ord^o obli^gatum te proximo tuo esse, ut severioris ordinationis ipso peccatorum tuorum supplicia toleremus, quod ita merearis, tum quod DEUS tamquam similius quam cujuscunque alterius operâ castigare possit, si ita lubet.

Si honorem tibi aliquis exhibet, cum tui vilissima vanitate illum compara, & cum tellexeris, quam indignus tam pretioso bono tanquam verecundè tum DEO, tum illi, qui te calunniaverates habe: & nihil dubita, eò te hac in de quid stria prefecturum, ut cum perfectissimo appre^hensione tituum tuorum dominatu constantem a se pro serenitatem experturus sis, nullo casu, nullo d^{am}ti

i Letat, pro negotiorum successu facile turban-
aritatis causa.

Jam ad illa, quantum attinet, quæ imme-
vinz Bonitatem à DEO immittuntur, hoc est, nulla pro-
nom tuum cui libera voluntate cooperante, sive bo-
nus ad DEO, sive mala sint, ad unam omnia consideratio-
nem inducere revoca, & disquire tecum; dignum te putes
sibilum meare, nec ne? Et facile Divinarum gratiarum
e puit esse estimabile preium & indignam illis vilita-
or videbunt tuam agnosces, cum incredibili ad solidissi-
mum sit, non in perfectionem emolumento. Utcunque
is, longe grandes & insuperabiles videbuntur difficulta-
tum eorum, quibus implicata sunt, quæ aggredi oportet.
nece tamen nihil tamen generosis conatibus erit nimis
severiori arduum; cum memineris, quidquid ab homi-
toleres, non boni sit, à DEO procedere, qui res altissimas
tam plurimis instrumentis perficit, & qui id agere
castigare frequenter amat, ne arrogans homo suam Divi-
ne manui gloriam creptum eat.

III. Quid jam de methodo dicam, quam in
Divina hujus Virtutis studio teneri opus sit?
Anquam sanè nimium dixi, quoties Divinam
qui te concupavi; neque enim humani aliquid habet,
te hac iuste quidquid humanæ fæcis in homine residet, id
issimo operâ virtutis hujus operâ consumitur. Quām
ntem ergo praxim ego audeam præscribere, tenen-
tu, nulla tibi, ut ad ejus Perfectionem valeas per-
tin-

tingere: Ignosce, Bone Lector, major est in
bus meis conatus hic; à DEO expectanda
hæc doctrina, qui idcirco relieto celo in
terras descendere voluit, ut pro dignitate ha
nos virtutem peritissimè doceret. Quod si
men ita desideras intelligere, quod meum hac
re judicium sit, en tibi illud tribus & brevi
punctis comprehensum.

Primum est, ut accuratâ industriâ teipso
penitus nôsse studeas, & penetrare, quibus
quantis infirmitatibus subjectus sit, tam corpo
quam animam affligenibus. Hæc tamen
gnitio primum & præcipuum humilitatis fu
damentum est: neque enim secundum re
rationis normam bene velle licet illi, cuius me
rituin & excellentiam nondum noveris.
hanc autem de te notitiam ut pertingas, in
est opportunius, quam ut animi tui motus
diosè observes & inspicias. Qui cum frequen
ter tam sint futuri ab omni ratione abhorre
tes, ut non sine rubore in charta illos descrip
rus sis, consultissimum est, & scribere, quæ
peram intus sentis, quæque desideras, & no
fessel studiosa lectione, quæ scripsisti, reper
re, ut profundè nimurum deprehendas, qualia
in animo tuo sis. Qui vigili hac solertia uti ne
gligit, illimem animum, & solidam atque in
-

urbatam virtutem nunquam consequetur.
Alterum est, ut statuto & loco & tempore hu-
militatis exercitium subeas, præter illas hu-
militatis occasiones, quæ ulro, & non quæ sitæ
occurent. Neque contentus esto communi-
quidam humilitatis acquirendæ cupidine, té-
nebris deprimendi voluntate; sed ad certos ani-
mum eventus obfirma, & quid illic agendum
obstis, tecum ipse statue. Virtutes enim non ob-
sunt, nisi proprios cuiusque actus sollicitè
cucendo, ea quidem ratione, ut qui propen-
sionem nostræ contumaciæ adversantur, illos fre-
quentius exercere necesse sit; cum natu-
rum suo nos pondere semper in adversum incli-
nemus. Prudentia tamen hoc in negotio negligi-
veris, ne vel nimium excedas in fervo-
ribus, ne vel justò sis remissior. Hoc vide studiosius
soberves, ut cum vehementior sit ad honores,
cum ad alia affectus, & frequentius, & accura-
tus huic appetiti curabis occurtere, quam illi,
quo vita commoda & voluptates sectamur.
Tertiò denique in propriis tuis defectibus &
imperfectionibus humilitatem cole. Ne igitur
cum ob eas te afflige. Quid enim novi est,
qui de se non est nisi nihilum,
ipso infirmus sit, qui de se non est nisi nihilum,
ipso infirmitas? Ne bellis illas excusationi-
bus converti: accepta, quam mereris, confu-
sionem,

sionem, tanquam dignum erroribus supplicium. Neque animum idcirco abiice, quoniam Virtutis itinere lapsus aliquando sis. Namque ante lapsum melior eras, quammodum sed tam nota tibi imbecillitas non fuit, quoniam nunc manifesta sit. In Divinis tamen opibus prorsus ille eras, imbecillis nimurum & fragilis etiamnum es, & idcirco non segnior vina manus te communiet, quam ante fecisti quidquid & liberalius tibi jam assisteret, quoniam luculentius te cognoveris, amplius tibi misericordia fuisse spernere. Ergo causa habes, ob quam animum ignorans despondere velis?

Observa, mihi Lector, triplex hoc monitum nihil dubita, quin multum, ad sinceram humilitatis decus obtinendum, tibi allatur compendij. Primum Basin collocatur, cui intitatur haec Virtus. Alterum, exercititia humilitatis opera perficere mentem facit. Tertium contra illud praesidij loco est, quod robustum ab incepto virtutis hujus studio avocare posset, contra ignavam scilicet & desperationem, nunquam eum te pervenire, quoniam moliris evadere.

CONSIDERATIO

Pro sexta Die.

De Virtute cuius studio hunc annum
necessere sit impendere, & de mediis
illam excolendi.

Infallibilis principiis instar esto, nunquam te
in Virtute tantum, quantum cum Divina
genia fieri posset, profectum, nisi illam perfe-
ctionis Christianæ partem excolendam ubi se-
gns, quæ consideratis omnibus magis impræ-
tentiarum tibi necessaria est. Quod si enim
nam peculiari præ reliquis studio non obser-
vas, inefficaces & enerves erunt, quotquot ha-
bet ad bonum voluntates & affectus, cum fieri
uniquer non possit, ut in omnibus notabilem
quempiam profectum facias. Jam si illam, ex
Virtutum agmine, excolendam tibi sumis,
cuius acquisitione minus necessitatibus tuis apta
erit, ut præcipiæ, quibus laboras, vitiorum
confuetudines, altiores identidem radices agant
in animo, & quotidie importuniores ad plures
descordiores lapsus te inclinent.

2. In primo puncto meditationis de pecca-
tis propriis præcipuas imperfectionum tuarum

I*i*

ori-

origines & radices inspexisti: opportune fallor; quia jam nunc erit usui, quod illici duisti intelligere, ut deprehendas, quenam virtutibus magis præ omnibus necessaria sit, habitu tua indolis, occupationum frequentius occursurarum ratione. Conducet di timum finem tuum considerare, & itineris ad illum deduci debes, rationem. Tandem Divini luminis flagita præsidium, qui iustitius non erres in electione, quam ditaris facere, & naturæ rebellis contra motus generosè valeas pervincere.

3. In mentem ergo revoca principaliter quas tunc deprehendisti, imperfectiones, quam radices iniquitatis, & singulas penitentias hunc in modum excute. Cum de multis cogitabis, ita illam cordi tibi habe, quas si quis te cruciat; relinque tantisper cæteras, nihil ad te pertinerent. Sic in primis ipsis disquire, quos in te fructus malignum germen proferat; eventila, quæ licet, omnia agitationes, desideria, sermones, actiones & iusmodi, quorum omnium causa solet culta hæc animi lues, quam extirpatum est, quantis & quibus in rebus officio tuo defaciat, cum erga DEUM & proximum, tum te ipsum etiam; explora, quæm nequiter

tones actus à primo, quo evigilâsti, tempore
dique ad somni nocturni horam se immisceat.
studiosè nota, quantus sit defectuū, quos depre-
tendes, numerus; id enim ad cognoscendum
peccata radicis vigorem conducet.

4. Expende, quantæ sint imperfectionis hu-
moris, quibus mentem infestat: qua ratione
et quod tempore nata in te sit; num diuturnus
si, quem in te exercet, dominatus; num quoti-
dens semper incrementis audita sit; num ten-
taveris aliquando eliminare molestum hospi-
tium, & quis conatum tuorum successus fuerit;
quoniam occasiones sunt, quæ personæ, negotia
vel objecta, ex quibus aciores ad te impugnan-
dum vires colligit. Num adeò frequens sit, quem
de te agit, triumphus, ut irrito quasi conatu re-
fustari videaris.

5. Eminus jam prospice pericula, in quæ
malignæ hujus consuetudinis impetu poteris
incurrere. Observabis igitur, quænam indo-
lencia & propensionis tuæ sit ratio, quænam longa
consuetudo, quanta passionis violentia, quænam
efficaciter & quoties mentem concusserit; at-
tendes, & ad occasiones in hoc vitio peccandi,
que vel fortuito occurseræ sunt, vel pro nego-
tiorum tuorum ratione frequentiores erunt.
Vide num bonum salutis, vocationis, aut Perfe-
ctionis

ctionis tuæ, an bona ad proximum exitio
tio, an religiosæ tuæ familiæ honor, an den
aliquid eorum periclitetur, quæ ex tua cum p
ximo conversatione Divinæ gloriæ augm
tum aliquod possunt addere.

6. Hæc omnia ad primam imperfection
tuarum & præcipuam radicem pertine
cū scripto annotaveris, ad secundam ex
ratione progredere, tum ad tertiam. Vide
aliqua ex perniciosis his radicibus, exala
pullulet. Rectius enim facies, si primos lab
in ea cvellenda posueris, quæ cæterarum
est, nisi fortè ejusmodi sint, in quibus veris
circumstantiæ, quæ meritò faciant, utram
potius, quam stipitem aggrediare.

7. Compara inter se imperfectiones ha
diligerter singularum effectus considera
quinam ex his plus secum ferant periculi, le
rum vitiorum diversas inter se vires dilig
expende, & quænam efficacius te infeste
sidera. Pericula, quæ à singulis imminen
tent, disquire, & explora, unde gravius quidq
posset tibi accidere. Vide, ut tandem stan
quodnam consideratis omnibus, jam nunc pe
niciosius tibi sit. Et ad hoc expugnandum tec
cinge forti proposito, totum te contrariz vir
tis cultui addicendi toto sequente anno. De
de

uique precare, ut non tantum electionem
ratam habere, sed etiam constantiam con-
dignetur, qua reipsa exequaris, quæ conce-
nit animi proposita.

8. Ita præfixo semel fine, oportet & de me-
miselle sollicitum, spirituales actiones, quoad li-
cuit, omnes, per totum annum ad virtutis,
pertinentiam desideras, consecutionem accommodan-
dam. Ordinatè igitur tum generalibus, tum par-
ticularibus Virtutum instrumentis studebis uti.
Generalia sunt: Meditatio, oratio vocalis, exa-
m nos labores conscientiæ, confessio, Communio, Sacri-
arum missarum, exhortationes, & Colloquia spi-
ritualia, lectio spiritualis, Præsentia DEI, mor-
alizationes, actus charitatis, misericordiarum, &
quidquid boni, vel ad animæ nostræ & proxi-
morum salutem, vel ad DEI Optimi Maximi
Gloriam potest fieri. Harum spiritualium
actionum constans exercitium ad præsentem
necessitatem tuam, quantum salva animi quiete
rebit, curabis cum fidi industria accommo-
dare. Quia in re Ducis tui spiritualis consilium
cave, ne negligas.

9. Inter particularia Virtutis obtainendæ
media primum esto, studiosè vitij, quod oppug-
nat, & virtutis, quam sectaris, indolem penetra-
re, electo hunc in finem authore quopiam, qui

Ii 3 plenis-

plenissimè de uiroque agat, utriusque sentiam & proprietates, tum actus proprios facit recenscat, tum illa etiam vitia & virtutes exprimuntur, quæ proximè ad virtutem & vitium, quam p. consideras, accedunt. Quidquid penes hunc modum Authorem reperis, in Compendio d'actorum quod contrahe, & adde, siquid insuper hac fine n. luminis, vel Orationis, vel experientie beneficii tibi accessit.

10. Vide autem, ut practica sit, quam libet modo comparabis, notitiam. Quocirca secundum dicere dum ad proficiendum in Virtute medium est pagam solerti cura laborare, ut actus contrarij in virtute omnes, quoad poteris, ita quodammodo sint, ad cses, ut quoties Virtutis opposita quæpiam occasio nata fuerit, nunquam negligas aliquid tendi, ejus actum producere. Et quamvis nonnulli exterorum affectuum cura haberi debeant, m. tamen est internorum habenda ratio. His animæ sunt instar, illi corporis loco sunt; p. fectissimè agit, qui utrosque studet coniugere.

11. Tertium medium est, diligenter omnibus intendere occasionibus exercenda, quæ p. manibus habes, virtutis. Quia in te singuli ri hac industria memineris uti, ut, cùm ex illis virtutis motivo agas, quidquid ages, Virtutem

que tum aerarum omnium actus hujus virtutis prouus proprie-
tatis facias, & identidem labores, quâ ratione
actus ejus omnia vitam tuam, omnésque ejus actus, tan-
tum, quamperduum hujus Virtutis exercitium, in-
uenies huius. Amor plenus est sagacibus inventis: &
enidum amatorum desideriorum, atque orationis bene-
er hat et nulos profectus in Virtutis tue studio non
atque beatus es.

12. Quartum medium est. Manè cùm pri-
mum surgis, firmiter tecum statue, id omne de-
cideare, quod ad imperfectionem, quam extir-
pum is, quoquo modo pertinet, & vigili cura
in virtutis oppositæ cultum mentem intende-
re, ad quod brevi oratiuncula Divinam opem
implorabis. Deinde præcipuas quasdam exacer-
bendi, quod statutum est, occasiones animo præ-
cipi, & jam tunc decerne, qualis in illis futurus
fui.

13. Quintum est: ut in examine tuo Ge-
nerali præcipue ad hoc principale tuum propo-
rium attendas. Quæ ipsa tamen cura longè de-
bet esse in particulari. Examine studiosior; id
enim cùm semper de proposita Virtute debeat
institui, diligenter omissionum, commissorum
vectorum numerum opus erit annotari, unà
cum causis, & profectu atque impedimentis, lu-
minibus item practicis, illustrationibus, ipsius

Ii 4

ex-

experientia ope super hac re acquisitis; sed non per que pœnitentia debebis obliuisci, quam pro*missis defectibus tibimet impones, & his omnibus novum propositum de emendatione iunges, repetita matutina Divini auxilij implacatione.*

14. Sextum est, ut certam singulis septenis horam impendas, qua consideres, quid aliud me proficiendum in proposita virtute facias. Enibi methodum hujusce Considerationis. In cato Divini Spiritus auxilio, & Beataissim Virginis patrocinio, temet discuties, ut intellegas, quanto affectu in peculiarem tibi proprie tum finem feraris, & qualis sit intentio auctoritas proficiendi in eo, quod ita firmetur prefixum est. Debet autem, ut efficax sit intentio, actualis esse, & identidem renovata, debet firma esse & solida, utpote ex prudentia solida ratione nata; debet esse sollicita, tanquam ad rem gravissimi momenti pertinens; tandem esse robusta & generosa, hoc est sufficiens, ut id, quod desideras, integerimem causas quaris. Vide igitur, num remissius sit, quod intentio flagrabat, virtutis desiderium, & an occasio non sit, novis illud fervoribus animari. Vide quanti intersit, ut in Ejus Virtutis studio proficias, ex qua perfectio, & forsitan etiam fal-

s; scilicet pendet. Vide, quanta sit res, Divinæ Majestatis propositum placere; considera, quantis indiciis testetur his omnes DEUS, hanc esse voluntatem suam, ut in operatione sua in virtute studeas progredi. Si defecisse te deploratim impetrabenderis, veniam sociorum flagita, defectus annota, & emendationem promitte.

15. Secundò, vide, quo studio generalibus illis mediis ad profectum opportunis utare: s, quid ad peculiarem illa finem tuum accommodias. Enim illis, qua decreveras solertiā, utaris; Beatissimum tanti ea, quanti par est facias; num neglegit ut invenis illis, quaobetis; quænam admissorum in iis defecitum causæ extiterint. Deinde & ad particula media te converte, & vide, quem illorum habueris, qua diligentia ad propositum illa finem adhibueris. Excute singula eo ordine, quo suprà adnumeravimus: annota defecitus, cum sua quemque occasione.

16. Tertiò relege breviter, quidquid lumen toto septimanæ spatio collegisti, tum ex spirituali lectione, tum ex meditatione, auctoris animi motibus ac desideriis, quæ DEUS leggerere dignatus est exercenti propositam virtutem, vel contra oppositum vitium decer- tanti. Vide, num aliquid illorum neglexeris, num omnia satiis intelligas, an non remedij ali-

Ii 5

quid

quid efficacis illic reperias contra admissionem
etenus errores.

17. Quartò DEI Beneficia, à munifica Ejus opum
manu in te per integrā hebdomadē p̄ficiat
& a tecum recole: qualia sunt, quod vitam quod p̄
valetudinem conservārit, quod deficere non peris,
permiserit in voluntate Divinæ lux Majestatis
serviendi, & quod in omnibus actibus tuis in victoriis
nitam gratiarum multitudinem tibi clargorū
sit, quibus aliud non volebat, quam ut ad virtutis
amorem quam efficacissimè te invitare.
Considera, quod causa tot gratiarum tibi co-
latarum hæc unica fuerit, ut illarum scilicet
præsidio, strenuè in virtutis semita pergerset
vide igitur, num feceris, quæ officij tui erant.
Triplex porrò caput est, ex quo, num, & qua-
tum profeceris, licebit intelligere. 1. Examina
te an clariorem tuī, tuarūmque imperfec-
tum notitiam, & augustiorem de DEO tuo, &
infinitis ejus Perfectionibus estimationem
conceperis. 2. Num ardentius in te desideri-
um experiaris obtinendi perfectionem, & re-
tutis tibi propositæ integritatem. 3. Num con-
stans & generosus sis in obeundis spiritualibus
exercitiis tuis, sive consolationes affluant, die
immissis fastidiis DEUS perseverantiam tuam
probet. Hæc ipsa industria etiam serviet, ut
18. 19. modi de ma-
ria illa de ap-
eratore Sacrif-
conse-
culari
quem
do

prehendas, num progressus in Virtute feceris,
a verò defeceris. Si enim septimanam cum
tempore colligere ex utriusque bono, maloque usu,
d vitam quid profectus hauseris. quāmque jacturam ce-
ficerē nō peris.

Majella 18. Quintō. Examina pugnas tuas, & quid
tuis in victoriarum obtinueris, vel quoties vixtus abi-
ti, considera; id quod ex annotato particulari
tramine colliges. Perpende, in quo frequen-
tibus, in quo item gravius offenderis; vide quæ-
cum defectuum origines, quænam occasiones
sunt; an omittendo aliquid peccaveris, an verò
positivus quispiam actus fuerit, quō offendisti.
Si cum cuique defectui remedium prospice, &
pro loci ac temporis opportunitate pœnitentia
aliquid adjunge.

19. Sextō & postremō secuturæ Hebdo-
madi studiosè provide. Et in primis quidem
de materia futurarum Meditationum cogita,
et illas ordinando, ut proposito tuo serviant,
& aptæ sint ad evitandos, quos deprehendisti,
et tros, ac defectus tuos. Idem esto de Missæ
Sacrificio, de Lectione Spirituali, de examine
conscientiæ, determinando certain pro parti-
culari examine materiam, & librum scilicet
quem per illam Hebdomadem legas. Vide
quid

quid spontearum afflictionum subire venit
Considera, qualem te in conversatione debet
gerere, & si prævidere potes omnia, quæ ap-
per totius hebdomadæ decursum debent, ex-
ratione omnia gesturus sis, decerne.

20. Septimum denique Medium profici-
di in proposita tibi virtute esto, ut diem in
gulis mensibus unum tibi feligas, quem sine
considerationi des, qualem in hebdomadas in-
dò singulas prescrispimus. Inchoabis auto-
pridie vespertino tempore ad hoc negotium
præparare, excitando serium perfectionis
siderium, & precibus Divinum Nume-
spontaneâ quadam pœnitentiâ tibi propria-
do. Altera deinde die meditationem vel
virtute, cui studes, institue, vel de re qua-
que, quæ ad ejus te amorem excitat valeret.
Exacta meditatione, aliam insuper considera-
tionis horam tibi sume, quam ea methodo
stitues, quâ singulis illam septimanis jussim
institui; nisi, quod, quæ illic de præterita heb-
domade dicta sunt, hîc ea de elapso mente de-
beas intelligere. In hac porro menstrua con-
sideratione tua, explora, num hebdomadanam
illam recollectionem seriò instituas, anno
defectus & remedia in hac etiam considera-
tione, & idoneam pro admisis pœnitentiam ob-
decere.

ecetne. Eodem die, vel primo quoque tempore, cum Patre tuo spirituali hæc omnia confessis; & cum meminisse debeas, quod animo generoso ad perseverandum & forti opus sit, utrumque à benefica DEI manu flagitabis, virginem Matris & Sanctorum ad hoc implorando suffragia. Hoc demum exploratum tibi esto, nulli diabolum operæ parciturum, ut ab incipiis desinere, vel negligentius saltem agere te inviat. Tota hæc consideratio ex P. Antonio Gudier desumpta est, cujas opera plena sunt doctrinis, quoad speculativa principia solidis, & simul etiam ad praxin efficacissimis.



SEPTI-